THE BOOK WAS DRENCHED

UNIVERSAL
LIBRARY
OU_172943
UNIVERSAL
LIBRARY

GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

ا — ج

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM

MDCCCXXX

1830

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS
IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI

FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D D D

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud imprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quamquam hactenus non omnino carimus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nunio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium. Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxius liber erat animus, verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praescripserat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Meninskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum abest, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et acquis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli, nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Iac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae repetiren-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscumque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimam habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferre supersedi, voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre videret legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Alischa Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae, aut a bonis seioris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschidum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adiumento, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis construendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in his lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem, tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque moles nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut moles ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut quia pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo largius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus haurirem, alterum ut multam in significationibus definiendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuhárii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta jecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. „Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الأضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Hariiii consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazwiniique opera inspexi itemque Forskâlium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut insii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in ambiguis dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ..... وشبه انب من ادم ما يأتزر به الصبيان والحُيَّض, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* انب *nomen, similis est res, corio confecta, qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus, solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba والحج افرده ولم يقرنْ, ad vocem جَرْد pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كافرن لعيّه „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران, *minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو حرز *duri, crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهي مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تاكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبي والجريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. all.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الجريف legendum esse الحريف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبي وخريف ونادان ادمه دنغور وبو مولد در بقال رجل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocalibus, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, idcirco exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

„Vox مجدل explicata est voce altera قصير, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قَصْر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوتُ العلافيات هوجا كانها مجادل شد الراصفون احتدالها

„*Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,*"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae·

في مجدل شُدّد بينانه يزل عنه ظفر الطائر

„*In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint.*"

Vocis مَجْذُوذِيّ in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

الستَ بمَجْذُوذٍ على الرحل دائبٍ فما لك الا ما رزقتَ نصيبُ

„*Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur.*"

Sub radice حجر voces واحتجر به explicatae sunt verbis الجأ واستعاذ, ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba حوش الحبا, rectum est حَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح احن وحسك, unum احن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاصوم, ea voce هاضوم explicetur. Vox تَحَزَّفَ illustrata est altera تَنَفَّذَ, recta autem est scriptio تَنَقَّدَ. Vox حلحب cum derivatis mutetur in حلحب. Mutandum quoque المخمّر, quod post حاكل est, in المخمّن, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem حلحة reddidit auctor verbis محص بالسمن, quis autem est, qui non legat محص بالسمن? Vocem حلق explicatam invenimus voce سكل, cuius rectior scribendi modus est ثكل. Sub radice حمك pro voce اذلاء *viles*, *contemti* scribatur اذلاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem حَنَمة voce نَوْمة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur يومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احترل et احتزك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خَرِبٌ pro voce لَجَفٌ legatur لحف. Sub radice خرق sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ ستة اشهر او سبعة اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum حَرَزة, pro quo خُرْزة legatur, tum non recta videntur verba والاحرم ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro محرم السيل legatur محرم السيف. Sunt verba وبالتحريك شجر كالدوم

والخزام كشداد بايعه sub radice خزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad شجر الدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, خزام nomen gerat. — Sub radice خصف linea quarta والخزور vitiose scriptum est pro والجرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت بها النجوم. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba من الطعام اخر طعمه وبالفتح ج كصُرَد وذهاب; legendum autem videtur اخر طعمه ج كصرد وبالفتح ذهاب; pluralis enim خُلَف pertinet ad خُلْفة. In explicanda voce خميلة vox المنهبة scripta est pro المنهبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حروم explicandae causa adscriptum الناقة المعتاطة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem حَشْر scriptum reperitur خَلاَء pro جلاء, et sub radice حشم legis حَشْماء pro حُشَمَاء. Vocem حصان altera دِرّة explicatam legimus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرّة enunciandum esse appareat. Vox autem مِحْصَن, quae *canistrum* (زِبّيل) designat, voce زَبيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتصّ explicandae gratia adscripta legitur vox ابتصّ, ea in ابتصّ mutetur. Vocis حجأ sextae coniugationi تحاجأ Kamusi auctor tribuit sensum ان يورّم استه ويُخرج مؤخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تَوَرّم وخرج استه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خُرّ reddidit verbis حية مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشّط substituas تشطّى. Denique sub radice حمر sunt verba والم الحمى وصداعها, quae non sunt, quin mutentur in والم الحمر وصداعها. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل الحب فى السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce الحدل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox الحوادى illustratur الله تجذو فى سيرها كانها تقلع. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم حذاء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والجراجر الضخام من الابل واحدها الجرجور وبالضم الصخاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota*. Ita vocis سويق minus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum*. Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جديد et جديدة altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana*. At vocem حرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non حاورس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice حريد leguntur verba وفرس مجريد القوائم كذلك او هو القريب القدر في تنكيس الراس وشدة الاختلاط مع بطء اجارة يديه ورجليه او هو قرب السنبك من الارض وارتفاعه. Quatuor attulit auctor verba فرس مجريد intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum ignorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis فتواء في حريتها usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حريتها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p.* 238. „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamus, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

rumque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae شجرة, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiusvis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce شجرة designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عرق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces, proxime sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعَل, فِعْل, فُعْل, 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل, 3) فَعَل, فَعِل, فَعُل, 4) فَعَل, فَعِل, فَعُل, nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum, gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus latet, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roediger, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum gratias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit 1) Primum aut a) أَصْلِيَّة *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّة *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّة *Coniungenda* ut in voce أَسْتَغْفَرَ appellatur Tum 2) pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فاصلة *Separans* in voce تعدوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce إِفْعَلْنَانِّ, in qua ea utrumque ن disiungitur, b) الف العبارة et عاملة *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ اللّٰهَ, c) contra المَجْهُولة *Ignorata* ut in formis فاعِل et فاعُول, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit, d) الف العِوَض *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدَنْ, e) الف الصِلة *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce الضَّمِيرَا, f) الف النون الخفيفة *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا, g) الف الجمع *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِدُ, جِبَالٌ, h) الف التفضيل والتقصير *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَجْهَلُ مِنْهُ et أَكْرَمُ مِنْكَ, i) الف المُدْنَة *Alif planctus* ut in وَا زَيْدَاهْ, k) الف التانيث *Alif feminini* ut in vocibus حَبْرَاءُ, حُبْلَى, l) الف التَّعَانِي *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Ohmar ah , m) الفات المَدَّات *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut كَلْدَال pro كَلْدَل, حَاتَامٌ pro حَاتَمٌ, n) الالف المحوّلة *Alif permutatum* nempe ex littera ى vel و ut بَاعَ pro بيع et قام pro قوم, o) الف التثنية *Alif Dualis* ut in يذهبان etc , p) الفات الوَصْل *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut ابن, ابنة, امراة, اسم etc

أَ *Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (الف النداء), *sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (الف الاستفهام) Num, an; أَكَذِى Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, *si* أم *sequitur A poetis* ا *interrogationis omittitur Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَلَا, أَفَلَا, أَوَلَا Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمْ *et* أَوَلَمَّا An non? an nondum?

آ *vel* أَا 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah

أَأْءٌ *et* آءٌ Sonus آ 2) *Coll nom unit c* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*)

آحَ *et* أَأَحَ *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult* Apage, Vah

آحٍ Sonus tussientis

آحٌ *et* آأَحٌ *pro* إِيَاحٌ Albumen ovi

أَأَرْعِيسُ Cortex radicis oxyacanthae sive berberis *Vox barbar*

آسٌ *Coll* Myrtus, Reliquiae, vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus

أَأَطَرِبِلَالُ Gingidii species

آهَ Dixit آه Ah, Heu (vid اوه)

أَبٌ et آبٌ Nomen mensis Augusti. *Vox Aramaea.*

أَبَّ *F. o. i.* 1) Movit rem *c. acc.*, commovit *manum ad gladium c. a. et c.* الى *r.*; 2) *n. a.* أَبٌّ, أَبَابَةٌ, إِبَابَةٌ Desiderio rei impletus fuit *c.* الى; اب الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, *vel etiam* Tetendit in patriam; أَبَّ أَبَّهُ Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) *n. a.* أَبٌّ, أَبَابٌ, أَبِيبٌ, أَبَابَةٌ Paravit se ad aliquid *c.* ل *r.*, paratus fuit ad iter, 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) *intrans.* Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit *c.* ب *r.* VIII *i. q.* I, 3.

أَبٌّ *Pl.* أُوَبٌّ Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit

أَبَابٌ Aqua, Fons *et id. q.* السَّرَاب; هو فى ابابه *i q* هو فى جهازه.

أُبَابٌ Fluxus ingens, Fluctus, Unda *i. q* عباب Magna moles aquae *maris.*

أَبِيبٌ Nomen mensis (Iulius)

أَبَابَةٌ Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أَبَّتْ ابابه Recte instituta erat eius vitae ratio.

إِبَّانٌ *Ad* ابن *a grammaticis refertur, quod vide.*

أَبُوبٌ Locus herbosus, Pratum.

أَبَتَ *F. o. ut* أَبِتَ *F. a n a* أَبْتٌ *et* أُبُوتٌ Vehemens fuit aestu *(dies)* أَبَتَ *F a* Intumuit *ex potu c* من *r.* V Exarsit *(pruna)*,

أَبْتٌ *et* أَبِتٌ *F.* ة Aestu vehemens *(dies, nox)*

آبِتٌ Aestu vehemens *dies*

أَبْتَةٌ Vehementia *(irae).*

مَأْبُوتٌ *i. q.* محرور

أَبَثَ *F. i.* Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum *apud regem c. acc. p.* et *c.* على *p.* b) أَبِثَ *F. a.* Petu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أَبِتَ).

أَبِثٌ Protervus.

أَبَّاثَى Satiati et procumbentes cameli.

مُؤْبَثَةٌ Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أَبَجٌ Aeternitas, saeculum.

أَبْجَدُ Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أَبَّخَ *(pro* وَبَّخَ*) n. a.* تأبيخ Reprehendit *c. acc.*

أَبَدَ *F. i. o.* 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit *(animal)*, pavidum indomitum fugit; 2) *F. i. n. a.* أُبُودٌ Substitit *aliquo loco c.* ب *l.*, 3) Perennavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit *carmen (poeta).* b) أَبِدَ *F a.* 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, *n. a.* تأبيد Perennem fecit. لم افعل تأبيدا *i. e.* لم اات بآبده Hamas p. 191 inf. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit *(locus)* ab incolis, solitarius fuit *et idem quod* قل اربه فى النساء parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit *(facies).*

إِبْدٌ *i q* وَلُودٌ *(asina, serva).*

أَبَدٌ *Pl.* أُبُودٌ, آبَادٌ *Femin.* Res, quae initium quidem habet, sed fine caret *(conf.* ازل*)*, Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أَبَدًا semper. على الابد in sempiternum. *Vox* ابد *in accusativo pro adverbio* unquam *ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat* nunquam. *Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo,* ut أَبَدَ الأَبَدِ, أَبَدَ الأَبَدِينَ, أَبَدَ الدَّهْرِ, أَبَدَ الآبَادِ, أَبَدَ الآبِدِ, أَبَدَ الأَبِيدِ, أَبَدَ الأَبَدِيَّةِ, أَبَدَ الآبِدِينَ. *Dual.* الأَبَدَانِ Serva et equa

أَبِدٌ i q. وَلُودٌ (asina, serva)

أَبِدٌ F 8 (propr. quae frequenter parit وَلُود) (asina, serva), fugax, immansuetus الأَبِدَان Serva et equa

أَبَدٌ Sempiternus, Planta quaedam

أَبَدَ الأَبِد in sempiternum

أَبَدِيٌّ Sempiternus

آبِدَةٌ Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, Infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit Pl آبِدٌ Ferae Pl أَوَابِدُ Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, conf فوائع

مُوَبَّدَةٌ Fugax, haud mansueta (camela)

أَبَرَ F i o n a أَبَرَ, أَبَارَ, أَبَارَةً 1) Pupugit (scorpio) c acc, 2) Absentem diffamavit, 3) Acum in esca dedit (cam) c acc, perdidit (homines), 4) Palmam fecundavit maris insertione (لَقِيح), Bene curavit palmam et sata c a. r b) أَبَرَ Bona, integra fuit res II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit c a r V Fecundari se sivit VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) c a r

أَبَار Plumbum (Reisk ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione)

أَبَّرَ (Nomen) Fecundum reddere

أَبْرَةٌ Ficus sycomorus Forsk Flora p cxxiv (recius c s vide أَبْرَة in fine)

بَيْدَق (*Pers.* بيده) *Pl.* بَيَادِق, بَيَادِقَة Pedes, qui pedibus incedit; *et* idem in latrunculorum ludo; *et* Nomen falconis.

بيدجان *conf.* بادجان.

بَيْذَق *Pl.* بَيَاذِق *i. q.* بيدق.

بَيْرَق *Pers. Pl.* بَيَارِق Vexillum.

بيرم *Vox Pers.* Terebra *vel pec.* Terebra fabri lignarii *vel* qua perforantur ligna tenuiora et *sec. quosdam etiam* magna et duriora.

بيرون Tiara episcopalis.

بَارَ *F. i. n. a.* بَيْر *et* بُيُور 1) Periit, 2) Vixit; 3) Effugit, se eripuit.

بَايِر Vivens, bene habitus.

بَيْزَار *Pl.* بَيَازِرَة (*a.* بازيار) Falconarius.

بيزر Lignum, quo inter lavandum tunduntur vestes ad exprimendas sordes.

بَيْزَارَة *Pl.* بَيَازِير Baculus magnus.

بَاسَ *F. i.* Superbum et insolentem se gessit adversus alios, eosque iniuria et noxa affecit.

بَيْسَكَ *pro* وَيْسَكَ *condolentis et contemnentis Particula* Hei, eheu, vah, phy te! *Vid.* بِيس.

بَيْسَم Quercus lanuginosae species, quae fructum fert parvo malo cydonio similem; aegylops magna glande.

بيسان Nomen loci vino suo noti.

بِيش Nomen vallis in via Iemamae, quae leonibus abundat.

بِيش *orig. Pers.* Herba Indica venenata; *aut* Napellus, thora فارة البيش *et Persica voce* بيش موش Animalculum simile muri, *quod inde nomen habet, quod inter radices illius*

plantae vivit, eiusdemque antipharmacum habetur بيش موش بوحا *ac* بيسا بوحا *i q* بوحا Anthora (*vid.* بوحا), *pro quo etiam* بيس موش *dicitur*, *vulgo* Napellus Moysis, *quia anthora eadem virtute pollet*, *quae musculo supra dicto tribuitur.*

بِيشَةٌ *i. q.* بِيشٌ.

بَيَّشَ *i. q.* بَيَّضَ Candido ac venusto vultu donavit eum *Deus c a. p.* IV Fecit ut germinaret, produxit.

بِيشِيٌّ Conditi genus, cui immixtus est بيش

پيش پاى *Pers Pes prior* Nomen stellae *Ideler Unters uber d Sternnamen p* 158.

بَاصٌ حَاصٌ *et sine Nunnatione* Confusio.

بَيْصٌ Adversitas, calamitas, angustia; confusio; وقع فى حَيْصَ بَيْصَ *vel* حَيْصٍ بَيْصٍ, *vel* حَيْصٍ بَيْصٍ, *vel* حَيْصَ بَيْصَ Incidit in confusionem, in angustiam, unde nullum effugium est جعلتم الارض عليه حَيْصَ بَيْصَ *et* حَيْصًا بَيْصًا In angustiam eum redegistis, ut quo se in ista regione converteret non haberet

بَاضَ *F i.* 1) Superavit albedine *c a p*; 2) Pluit *nubes*, 3) Humiditatem amisit, exaruit *lignum*, 4) Ova excrevit *avis*, 5) Intensus fuit ferbuitque (*calor*), 6) Nudata fuit aculeis delapsis *planta* بُهْمَى, 7) *n. a* بَيْض Tumore anterioris pedis laboravit *equus* (*vid.* بيض); 8) (*quasi* باب) Substitit et commoratus fuit (*in loco*) *c.* ب; 9) بَيَّضَ الحَىُّ Tribus funditus eradicata fuit II Album reddidit, dealbavit *c a*, Nitide exscripsit (*ins Reine schreiben*), *contr.* سَوَّدَ, Implevit (*vas*) *c a pecul* aqua et lacte, *et contr.* Evacuavit *vas c a*; Nudata fuit aculeis *planta Bohma*, Pulchram reddidit *spem* eamque implevit *c a r.*, Caecum reddidit *poet et c* ب *Haretsi Moall. v* 24 III Albedine certavit et vicit *c a p* IV Peperit album foetum, *inde in ludo quodam dicitur* ابيضى حالا واسندى حالا, Exuit deiecitve aculeos *spinosa planta Bohma nomine.* VIII Cassidem indutus fuit (*vid* بيضة); Perdidit, eradicavit *c. a p*; اِبْيَضَّ Perditus fuit, *quasi a* باد. IX *et* XI Albus evasit fuitve ابيض وجهه Pulchre se gessit.

بَيْضٌ Praestantia candoris, cum quis eo alios superat; Fervor caloris, Tumor in anteriore equi pede; *et Coll. a* بَيْضَةٌ

بَائِضٌ *Pl.* بُيُضٌ *et* بِيضٌ Ovipara *avis*, *speciatim* gallina (*vid.* بيوض).

بَيَاضٌ Albedo, candor. بَيَاضُ اليَوْمِ Totum diem Charta; Lac; Lepra. لبس البياض Vestes albas induit *significat* se morti dicavit *Abulfar. hist. dyn. p* 346 *text Ar. Tempore vero Abbasidarum significasse videtur* Exutus fuit dignitate, vel loco, quem apud principem occupaverat; *nam Abbasidarum ministri vestibus nigris utebantur. De Sacy Chrest Arab T II p* 170 بياض Convolvulus cneorum, planta in Aegypto crescens *Forsk. Flor Aegypt. Arab. p* LXIII, *et piscis* Silurus. *Forsk descr anim p* XIII.

بَيْضَةٌ *cuius Collectivum est* بَيْضٌ *Pl.* بُيُوضٌ *et* بَيْضَاتٌ Ovum. البَيْض Nomen sideris *Ideler. Unters. uber d Sternnamen p.* 228 Testiculus, Cassis, galea ferrea; Cephalaea, dolor totum caput occupans; *i q* حَوْزَةٌ Tractus et umbilicus *regionis*; Medium cuiuslibet rei, Medium urbis, Medium capitis, Area et circus populi· uti etiam quem in campis tentoria circumstant. بيض المكنون Puellae candidae et pulchrae. *Dicitur autem proverb.* احسن من بيضة فى روضة Pulchrior quam ovum in horto, *et* اذل من بيضة البلد Vilior ovo struthionis *ut quod avis haec facile negligit deseritque, vel ad laudem* هو بيضة البلد Primarius est urbis, *ad quem conveniunt omnes, dicto audientes.* بيضة البلد Tubera terrae, *item* بيضة الخدر Virgo; بيضة البيت Clarus, quem omnes consilii vel auxilii causa in rebus gravibus adeunt; بيضة الديك Res raro contingens; بيضة الصيف Vehementia caloris in aestate; بيضة العُقْرِ Ovum galli, *quod unicum toto vitae tempore excernere dicitur*, ام البيض Struthiocamelus; بيضة القصب Gummi in arundine saccarifera proveniens; اقتلع بيضة القوم Omnino perdidit populum; بَيْضَةُ النَّهَارِ Claritas et lux diei, atque alia illi similis

بِيضَةٌ *Pl.* بِيضٌ Terra albicans laevisque; Species quaedam dactylorum.

بَيُوضٌ *Pl* بُيُضٌ *et* بِيضٌ Ovipara, multa pariens ova *gallina.*

بَيْضَاءُ (*Fem. ab* ابيض) Alba, candida; *c artic.* Sol; Malum, infortunium, Triticum; Argentum; Charta; *etiam i q.* الرطب من السلت Hordeum decorticatum adhuc humidius; Saccus coriaceus, marsupium; البيضاء *i q* العقل الاول, *et ut* ام بيضاء Olla; Rete venatoris.

اليد البيضاء Beneficium, meritum, gloria; له اليد البيضاء Bene meritus fuit, celeberrimum habuit nomen.

بَيَاضَة Albedo, candor.

بِيضَان Homines albicantes (*contr.* سُودَان Nigricantes populi, nigritae).

بَيْضِيّ Ovalis.

البَيَاضِيَّة *i. q.* البَيْضَة.

أَبْيَض *Pl.* بِيض (*pro* بُيْض) Albus, candidus; *Pl. c. artic.* Pulchrae feminae; Gladius (*ob splendorem*); Argentum; *Metaph.* Integer atque intaminatae existimationis vir; Stella quaedam in ora galaxiae; *inde etiam nomen* Basilici Persarum regis, quod a Chalifa Almuctefi dirutum fuit. الموت الابيض Mors repentina. *Non usurpatur autem* ابيض *in gradus comparativi significatione* Albicantior, *nisi ex sententia Grammaticorum Cufensium, qui versus quosdam pro argumento huius usus adducunt; caeteri pro eo dicendum esse statuunt* اشد بياضا منه. *Dualis vero et metonymice adhibetur, sc.* ابيضان Duo dies *vel* duo menses, *ut* ما رايته منذ ابيضان. *Inde* ايام البيض Dies a novilunio XII et XIII, *vel* XIII, XIV et XV; الابيضان Lac et aqua; *vel* Adeps et adolescentia, *vel* Panis et aqua, *vel* Triticum et aqua; *item* Duae venae in camelo, quae cum ea, quae حالب appellatur, cohaerent. الابيض Saliva oris. *Hamas. p.* 848.

مُبِيض Fullo.

مُبَيِّض Albedo.

مُبِيضَة Quae album parit foetum (*ut* مسودة Quae nigrum parit).

المُبَيِّضَة Secta quaedam ex eorum numero, qui النَّنَوِيَّة appellabantur: erantque socii seu asseclae viri المقنع appellati, cuius reditum exspectabant: ita dicti, quod albis induti essent vestibus. (*Contr.* المسودة Asseclae imperii Abbasidarum: qui vestibus nigris gaudebant.)

بَيْطَار *Pl.* بَيَاطِرَة Veterinarius medicus. *Vid.* بطر.

بَاطَ *F. i. i. q.* بوط.

بَيْط Aqua spermatica seu semen genitale admissarii, vel viri, vel mulieris, *item* Uterus mulieris.

بَاعَ *F. i. n. a.* بَيْع *et* مَبِيع (*rarior forma pro* مُبَايَع) Vendidit *alicui aliquid c. d. a. et* ب *pretii, tum c. a. r. et* من *p.* *Vituperatur vero c. a. r. et* على *p.* *Pass.* بُوع *vel* بِيع Venivit. Emit; *atque ita in genere* Contraxit *c. a.* من لم تبع له بيتا Cui non emisti supellectile *i. e.* cuius nullam plane notitiam habes. باعك الله في الاعراب Male te perdat Deus! 2) باعه من السلطان Detulit eum ad principem, in detrimentum eius aliquid dixit egitve; 3) باع على بيعه Occupavit locum ac dignitatem eius, atque illo superior evasit. III *n. a.* مُبَايَعَة Contraxit; stipulatus pactusque fuit (*cum alio*) vendendo, emendo; Pignore certavit (*wetten*); Obedientiam et fidem sancivit firmavitque *c. a. p.* (*propie manu inflicta ut mos erat*); *ita in Pass.* بويع له بالخلافة Inauguratus fuit in imperio: Imperator salutatus fuit, *et sine* ل *personae* IV Venum exposuit, venalem obtulit *rem c. a.* VI Inter sese utrinque pacti sunt, contraxerunt; invicem vendiderunt; Coniunctim emerunt. VII Vendibilis aut bene distractus fuit, et cursum habuit: *ut merx.* VIII Emit: comparavit *c.* من *p. et c. a. r.* X Voluit vendere; rogavit ut venderet *c. a.*

بَيْع *Generaliter* Permutatio unius rei cum altera, ut unus det, alter accipiat. *Sensu vero, quem lex praescribit, est* Rei, quae iis rebus, quae مال appellantur, continetur, pretio ab utraque parte indicato, permutatio cum altera tali re. (*Vinum et sus iis rebus, quae* مال *appellantur, haud accensenda sunt*). بيع الوفاء Venditio rei sub conditione ut re vendita debitum, quod venditori solvendum erat ementi, solutum sit. بيع الغرر Venditio, in qua est periculum fore, ut propter rei venditae interitum irrita res sit. بيع العينة (*in alio codice exstat* بيع الهبة) Quod aliquis a mercatore rem emendam mutuo petit, hic vero non concedit. Tum vero emens mercatori nummum aureum dat, quem hic aucto eius pretio accipere praefert. بيع النلجئة Venditio, qua dicis causa necessitate urgente cum aliquo pactum fuit; *ex gr.* quod unus alteri dicit, domum meam tanti dicis causa tibi vendo, sed re vera vendita non sit. *Tarifat.* Res venalis, quae venditur emiturve; Inauguratio; Promissum obedientiae erga regem, Chalifam, prophetam (*a danda dextera*); Hilaritas, solutio vultus.

بَائِع *Pl.* بَاعَة Venditor; Delator; *i. q.* نافقة لجمالها Expetita atque ambita ob venustatem (*muller*) *Kam.*, *quam a coniuge liberam multi coniugem sibi petunt.*

بَيْعَةٌ *i. q.* بَيْعٌ; *et de significatione huius vocis apud Drusos conf De Sacy Chrest. Arab. T II. p* 256 *edit alt.*

بِيعَةٌ *Pl.* بِيَعٌ (*sec. nonn. vox peregr.*) Templum Christianorum, ecclesia; Vendendi forma et modus

بَيِّعٌ *Pl.* بَيَّعَاءُ *et* أَبْيِعَاءُ (*Dual.* بيّعان venditor et emtor) Venditor *et* Emtor; Licitator.

بِيَاعَةٌ *Pl* بِيَاعَاتٌ Merx. *inprimis* vestiaria; *aut in genere* Res venalis.

اِنْبِيَاعٌ Hilaritas, solutio vultus

مُبَاعٌ Res venum exposita, venalis

مَبِيعٌ Venditus, Emtus, Venalis, *et* Locus, ubi aliquid venditur

مُبْتَاعٌ Emens.

مَبْيُوعٌ *i q* مَبِيعٌ

بَاغَ *F i.* Periit, interiit. II *i. q.* انقطع به Retro mansit vel abiit cum eo; abduxit illum *c* ب, *in Pass. quasi impersonaliter c.* ب. V Confusum perplexumve fuit (*negotium*) *c* على *p*; Vicit, Efferbuit commotusque fuit *sanguis c.* ب *p* (*conf* تبوّغ) *quamvis hoc quidam velint positum pro* تبغى; Multum evasit et abundavit (*lac*).

بَيْغٌ Ebullitio commotioque sanguinis

بِيقَةٌ Leguminis species, pisis maior, viridis; quae comeditur pista coctave, aut pro pabulo datur bobus.

بِيقِيَّةٌ Planta lenticula procerior, inter segetes nascens; aphaca *Diosc. II*, 178 *vox petita a Graeco potius quam e contra.*

بَيْك Princeps (*idiom. vulg*).

بيكار (*Pers.* پيكار) Proelium, pugna, bellum. *Vit. Salad. p.* 258.

بَيْلَسَةٌ Modus agendi diaboli (*vid.* ابليس)

بَيْلَقَانُ Armeniae maioris urbs prope portas Caspias.

بَيْلَمٌ Nux seu folliculus, in quo gossipium nascitur; *et i. q.* بَيْرَمٌ.

بيمبينلا Pimpinella (*medicamentum*). *Forsk. descr anim. p.* 146.

بِيمَرِسْتَان *et* بيمارستان (*Vox peregr. ex Pers* بيمار *aegrotus et* ستان *locus*) Nosocomium. *Conf.* مارستان

بَانَ *F. i. n. a.* بَيْنٌ, بُيُونٌ, بَيْنُونَةٌ (*de separatione longinqua*) 1) Distitit et segregata et distincta fuit *res a re c.* من; 2) *n. a.* بين *et* بَيْنُونَةٌ Abiit, discessit, se separavit *uxor a marito, divortio*; 3) *n. a* بَوْنٌ Excelluit, praestitit; 4) Coniunctus fuit, *vid* بين *seq*; 5) *n a* بَيَانٌ Manifestus et perspicuus fuit, distincte patuit *c.* أن; 6) Facundus fuit (*vid.* بيان *post.*) II *n. a.* تَبْيِينٌ Segregavit; Manifestum distinctumve reddidit, declaravit, elucidavit, explicavit *c a.*; Nuptum dedit *filiam c a p*; Divisus et separatus fuit, *etiam mulier a viro per divortium*; Manifestus fuit, *ut* قد بين الصبح لذى عينين *in Prov* Clara est et dilucide patet aurora ei, qui oculos habet. Apparuit, prodire coepit: *ut cornu in vitulo, gramine suo planta*; *et Pers.* بجاى اورد Praestitit, quasi in apertum produxit; *etiam* دريك كرد Moram traxit, cunctatus fuit. III *n. a.* مُبَايَنَةٌ Discessit et se segregando reliquit *c. a.*; A se invicem separati fuerunt; Intercessit coniunctionis redintegrandae ergo *c* عند *et* ل *p.*; Studuit superare. IV *n. a.* إِبَانَةٌ Separavit *rem, etiam ut caput a corpore c. a. r. et* من *p*, Divisit *rem*; Dilucide exposuit; Claram, articulatam vocem edidit; Manifestum fecit *c.* عن, Declaravit *c. a.*; Nuptum elocavit *filiam c. a. p., quasi a se segregans, item Intrans* Manifestus et perspicuus fuit. V Manifestus, clarus et distinctus fuit, Innotuit; Manifestum et dilucidum reddidit *c a.*, Intellexit. VI Distiterunt et separati distinctique fuerunt a se invicem, abfuerunt et abiverunt X Manifestus evasit vel fuit *c.* أن, Manifestum reddidit et clarum *c. a r*; Manifestum habuit, scivit, cognovit, agnovit *c. a.*

بَيْنٌ Separatio (et inter amicos), distantia, intervallum, *et contr.* Coniunctio, nexus; *unde* ذات البين Concordia, amicitia, *conf. Hamas p* 195, بينهما بين بعيد *et* بون بعيد Inter ambos differentia magna est, multum interest alter alteri (*praestat* بون) لَقِيَهُ بُعَيْدَاتِ بَيْنٍ Occurrit ei post aliquod tempus. غراب البين Corvus (*seu* cornix) variegatus, *sec al* Avis corpore ni-

gro, rubris pedibus et rostro; *mali augurii avis, quasi separationis nuntia, unde nomen ortum.*

بَيْنَ Inter, in medio. بين ذلك Intereadum. ما بين Inter, Tam *hoc* quam *illud.* القوم بين قتيل واسير Hostes tam occisi, quam capti erant. بَيْنَ يَدَيْهِ Inter manus eius *i. e.* coram illo. فيما بينهم In mutua eorum conditione. شيء بَيْنَ بَيْنَ Res medio modo se habens, mediocris, nec bona nec mala; *vel i. q.* ضعيفا Infirmiter leviterque. هَمْزَةٌ بَيْنَ بَيْنَ *i. e.* Hamza, quae est inter Hamzam et litteram, quae حرف اللين vocatur *ut in vocibus* سَأَلَ *vel* سَيِّمَ *vel* لَؤُمَ; *in prima enim voce* سال *haec littera enunciatione medium inter Hamzam et litteram Elif tenere putatur etc. Haec Hamza et* مُخَفَّفَة *nomen habet. Hoc vero* بين بين *duplex est:* مشهور, *quod ita explicatur:* ان تجعل الهمزة ببينها وبين تحرك الحرف الذى منه حركتها نحو سئل, *et* غير مشهور *quod tale est:* ان تجعل الهمزة بينها وبين حركة ما قبلها نحو سؤل.

بِئْسٌ *Pl.* بُئُوسٌ Terrae spatium, quantum prospiciunt oculi; *et simpliciter* Terae tractus; Interstitium inter duas regiones, confine; Locus elatus in terra dura.

بَائِنٌ Mulier a marito divortio separata; Is qui a sinistro latere est, dum mulget, *contr.* مُعَلًّى qui a dextra; Maiore intervallo a nervo remotus et distinctus *arcus, et c.*, *contr.* بَانِى propinquus nervo, et quasi coniunctus: *quorum utrumque pro vitio habetur, vid.* بنى; *ita de puteo* Qui longe abest a fundo et in amplum patet; *et sign. Pass.* Declaratus.

بَيَانٌ Facundia, eloquentia, animum clare et distincte explanandi facultas, *et quidem* ingeniosa; Id quo aliquid exponitur ac declaratur: Argumentum, demonstratio, aut simile quid, Sensus vocis apertus; Distincta pronunciatio quae *linguae* tribuenda; Expositio. علم البيان (*est pars artis rhetoricae*) Scientia, qua docemur sensum unum varia ratione et verborum compositione afferre, ita ut his diversis explicandi rationibus res, quae intenditur, magis perspiciatur. *Tractatur in ea de tropis, figuris allegoriis et sensibus reconditis.* Praepositio من, si eum nomine sequente ad definiendam et magis explicandam vocem quandam praecedentem adhibita est, من البيان *appellatur ex. gr.* ما ذهب من الزمان Quod abiit de tempore *i. e.* Tempus quod praeteriit. *Voces* من الزمان *explicant vocem* ما. بيان التقرير Quod vox, quae ampliore sensu gaudet, ita sequente explicatur, ut sensu amplissimo omnes eius generis species amplectente intelligenda sit, *ut in verbis Corani* فسجد الملائكة كلهم اجمعون *vox* الملائكة *vocibus* كلهم اجمعون *modo descripto explicatur.* بيان المفسر Explicatio vocis obscurae, propter sensum qui in ea est aut pluribus rebus communis aut difficilis aut generalis aut absconditus. بيان التغيير Explicatio quae fit mutatione, dum aut exceptio vel adnotatio quaedam additur, aut sensus restringitur. بيان الضرورة Explicatio, quae re exigente adhibetur *ex. gr.* Quum servus, domino eius praesente et silente, rem vendit, hoc domini silentium propter necessitatem pro licentia data habetur. بيان التبديل *i. q.* النسخ Abrogatio legis aliâ datâ.

بَيْنَمَا Interea dum. *Hamas. p.* 534.

بَيُونٌ *Pl.* بَوَايِنُ Longius a fundo distans et amplus (*puteus*).

بَيِّنٌ *Pl.* أَبْيِنَاءُ (*etiam* بِيَنَةٌ) Manifestus, evidens, distincte patens; *item Pl.* بُيَنَاءُ, أُبْنَاءُ *et* ابياء Facundus, clare et distincte declarans animi sensa.

بُيَّانٌ *Vox peregr.* Res.

بَيْنَمَا Interea dum.

بَيِّنَةٌ *Pl.* بَيِّنَاتٌ Res manifesta; Testimonium et demonstratio evidens: evidentia.

بَيْنُونَةٌ Interstitium, hiatus, aperta fissura, separatio partium.

الكواكب البَيَانِيَّاتُ *i. e.* التى لا تزل الشمس بها ولا القمر.

تَبَايُنٌ Contrarietas, diversitas inter duas res. *Ea est* تباين كلّى diversitas totalis, *si in omnibus partibus diversae sunt, a qua distinguenda* تباين جزئى in partibus quibusdam diversitas. *Iam restat* تباين العدد, si numeri duo ita diversi sunt, ut eodem numero tertio in aequales partes dividi non possint, *ex. gr.* decem *et* novem; *nam* unum *quo uterque in aequales partes dividi potest, pro numero non habetur; eodem modo* decem *et* septem. *Sed huic contrarium* الموافقة *quod vide.*

تِبْيَانٌ (*forma rariore*) *et quoque* تِبْيَانٌ *Nomen actionis Coni. I.* Manifeste et distincte apparere ac dilucidum esse; Manifestum facere; Clara expositio rei, quae mentis est. *Conf.* بيان.

أَبْيَنُ Facundior

إِبَانَة Clara rei descriptio.

من البَيْنِ *idem est ac* من البَيَان

مُبِينٌ *et* مُبْيِنٌ Dividens, separans, distinguens; Manifestus, perspicuus, distincte patens.

مُبَايِنٌ Is qui ad mulgendam camelam a latere sinistro accedit

بَيْنَبٌ *Andalusiis* Chamaedaphne

بِيَنْطٌ Textor.

بينيب *nisi pot* بَيْنِيبٌ Piscis maris *Hisp Bonito.*

بَاهَ *F i.* Cognovit, dignovit, animadvertit, consideravit *c.* ل

البَيْهَسِيَّة Nomen sectae ab Abu-baihaso ben-Alhaithsam originem ducentis. In quibusdam idem cum ea, quae القدريّة nomen habet, profitetur

بيوردى *et* بيولردى *propr. vox Turc* Iussum fuit, *ut nomen* Iussum, imperium Paschae

ت

ت *Nota Arithmetica est* quadringentorum *ex ordine litterarum antiquo Et verbi litteris radicalibus praeponitur ad indicandam secundam personam vel tertiam feminini sing et dualis futuri, postponitur vero ad indicandam praeteriti primam, secundam et tertiam feminini singularis*

تَ *Particula praefixa iuramenti cum sequent Genit ut.* تَاللّٰهِ Per Deum, تربّ الكعبة Per dominum Cahbae, تَرَبِّي Per Dominum meum, تَالرَّحْمٰنِ Per misericordem *Nec de aliis quam de Deo et praecipue in admirando adhibetur*

تاء *Fem* Littera ب

تَابَلٌ *et* تَابِلٌ *Pers Pl.* تَوَابِلُ *vid* تبل

تَابُوتٌ *Pl* تَوَابِيتُ Arca, *pecul.* feralis; *et* تَابُوهٌ *ex dialecto Medinensium* الانصار (*ut Kamusi exemplar Calcutt impressum habet, at melius in codice Djeuharii scriptum videtur* تَابُوهٌ).

تَابُوكِيٌّ Uvarum species, quae nomen a تابوك accepit

تَابُولٌ *i. q* تَيْبُلٌ

تَانَا *et* تَانَة *nomine Africano i. q.* حِرْبَاء Chamaeleon animal.

تَأْتَأَ Impedita fuit lingua et reciprocavit vocem in efferenda littera Ta II Timuit.

تَأْتَاءٌ Blaesus et impeditus lingua in efferenda littera ب, Vox qua vocatur hircus ad congressum cum capra

تَأْتَأَةٌ Impeditae linguae vitium in efferenda Ta littera, Vox qua vocatur hircus ad congressum cum capra; Vacillans infantis incessus, Iactabundus ac superbior incessus in bello

تَأَتَّبَا *Deminut. vocis* تَا Haec

تَاتُورَةٌ *Pers.* Datura

تَاتُولَةٌ *Id*

تَأَرَ *F. a i q* إِنْتَهَرَ IV Acuto visu *aliquem* adspexit *c* الى *p*, Oculis *aliquem* secutus fuit *c. a p. vel* الى *p vel c. d a*, Percussit *fuste aliquem c a. p. et* ب *r*

تَارٌ *et* تَارَةٌ *Pl.* تِئَرٌ *et* تَارَاتٌ (*sine Hamza ob frequentiorem usum*) *i q.* مَرَّةٌ; *in Accusativo* Vice simplici, semel, Quandoque.

تُورُورٌ Famulus seu assecla coactoris praetorisve; Qui principi militat sine stipendio

تَأَرَ *F. a* 1) Coaluit *vulnus*; 2) Convenerunt et appropinquarunt invicem *in bello seu proelio c.* فى

تَيِزٌ Nervosus et firma praeditus corporis compage *onager*.

تَاسِهَمْت *Barbarica Maurorum vox i. q.* حُمَّاصٌ Lapathus seu rumex.

تَاعِنْدَسْت *Barbarica Maurorum vox i. q.* عاقرقرحا Pyrethrum.

تَئِقَ *F. a. n. a.* تَأَقٌ Repletus fuit (*uter*); Plenus fuit moerore *vel* ira IV Implevit *utrem c. a.*; Adducto nervo incurvavit *arcum* ultra longitudinem sagittae *c. a.*, *quod etiam dicunt* اغرق السهم فى القوس Demersit sagittam in arcum.

تَئِقٌ Plenus ira; Plenus alacritate (*equus*) et iuventute; Festinus et promptus ad iram malumque; Praecipiti et acriore actus affectu; Malignus, iracundus.

تَئَاقٌ Pronus ad iram.

تَأَقَةٌ Vehementia irae, praeceps iracundia; Celeritas ac properantia ad malum.

مِئَاقٌ Admodum agilis et plenus vigore equus; Properans ad malum inferendum

تَاكُوت *Mauritaniae extremae lingua* (*proprie Tickiut efferunt*) Euphorbium. *Vid. in* اقر. *At mediae Mauritaniae incolis ita dicitur* حب الابل.

تَأَلَانٌ (*vel rectius* تالان) Caput in eundo quasi tollere.

تَأْلَبٌ Nomen arboris ex qua conficiuntur arcus.

تَأَمَ Socium habuit in partu *fratrem c. a.* III Natus est una cum *fratre c. a. p.*; Una vice post alterum cucurrit (*equus*); *n. a.* مُتَأَمَةٌ Duplicato stamine et subtegmine texuit (*vestem*) *c. a.*, *uti fieri solet ex serico et gossipio*, *quia merum induere sericum Muhammedanis quidem*, *ecclesiasticis inprimis viris*, *minus licet*. IV Gemellos peperit femina; *item i. q.* اقصى Rem habuit cum *muliere c. a. p.*; Mactavit ovem تِيمَةٌ.

تَوْمٌ , تِيمٌ *et* تَئِمٌ *Pl.* تُؤَامٌ *et* تَوَائِمُ Cum altero vel pluribus natus, *de quovis animali*; *Pl.* توائم Invicem coniunctae *stellae*, *vel margaritae*.

تَوْءَمٌ *et* تَوْأَمٌ *Fem.* ة *Dual.* تَوْأَمَانِ *Pl.* تُؤَامٌ Didymus, cum alio simul natus uno partu; Stellae (statio) in signo Geminorum; (التوامان Nomen sideris. *Ideler Untersuch. üb. d. Sternnamen. p.* 150.) Sagitta secunda aleatorii ludi vel alia.

تُؤَامٌ *Pl. san.* Coniugatus, et serie consequens; دمع توام Lacrymae continentes; در توام Margaritae inter se nexae.

تَيْئَمٌ *i. q.* تَوْأَمٌ.

تَوْءَمَةٌ *Pl.* تَوْءَمَاتٌ Vectura quaedam mulierum haud umbrans (من مراكب النساء كالمساجب لا اظلال لها).

تِيمَةٌ (*sine Hamza, Meid.*) Ovis quae feminae est et quam mulget.

التَّوْءَمَانُ Herba quaedam parva.

تُؤَامِيَّةٌ Unio, margarita *a* توام oppido in tractu litorali Ohmmani.

مُتْئِمٌ Gemellos pariens femina.

مُتَائِمٌ Ingeminato post cursum cursu veniens *equus*.

مِتْأَمٌ *et* مِتْآمٌ *Pl.* مَتَائِمُ Quae gemellos parere consuevit; ثوب متآم Duplicato stamine ac subtegmine texta vestis, cuius stamen et subtegmen sunt طاقان طاقان.

الابيات المتائم Versus, in quibus semper duae voces ut gemelli similes sunt. *Harir. p.* 536. *l.* 2. *ed. de Sacy.*

جنس مُتَوْأَمٌ *in arte rhetorica* Quum duae voces scriptura similes eaedemque pronuntiatione dissimiles coniunguntur, *ut* ذَلِكَ *et* ذُلْكَ , فَاحْشَ *et* فَاحِشَ. *Vid. Harir. p.* 234. *ed. de Sacy.*

تَامْشَاوَرْتٌ *i. q.* مَوٌّ Meum (*idiomate Afrorum*).

تَتَأَانَ *pro* تَتَاوَنَ *n. a.* تَتَاءُنٌ Technam commentus fuit, ac dolo circumvenire studuit; Modo ab hoc modo ab illo latere invasit aliquem.

تَانْبُولٌ *i. q.* تَابُولٌ.

تَانِفِيَّت *Barbarica vox* Species plantae spinosae, humi repentis.

تَاوِز Numen Chald. et Sab. *Gol. ad Alfrag. p.* 18.

تَأَى *Fut.* يَتْأَى Praecessit et praevertit.

تَبَّ a. تَبّ et تَبَاب 1) Resecuit, abrupit *rem c. a. r.* تَبَّتْ يداه Manus eius amputentur, 2) *vel* تَبّ Detrimentum cepit: damno affectus fuit, periit. II *n. a* تَتْبِيب Perdidit detrimento affecit *c. a. p.*, Dixit *alicui* تَبًّا لك *c. a. p.* IV Debilitavit, enervavit *vires c. a.*, Abstinuit *a re c.* عن *r.* X Paratum et recte dispositum fuit, beneque habuit se *negotium*; Debile et languidum fuit

تَبّ *et* تَبَب Damnum, detrimentum, interitus, exitium, تَبًّا لَهُ *et* تَبًّا بِهِ Male illi sit, pereat! *et* تَبًّا تَبِيبًا *intensive.*

تَابّ *Pl.* أَتْبَاب Robustus *et contr.* Debilis (*vir*); Camelus, asinusque, quorum dorsum ulceratum est.

تَبَاب *i. q* تَبّ.

تَبَبَة *i. q.* حَالَة سَيِّئَة Status gravis, adversus et afflictus

تَبَت *i. q.* تَبّ

تَبْب Exitu locus, *item* Id quod costis continetur

التَّبِّيّ Species dactyli.

أَتَبّ Debilior

تَبُوت *i. q* تابوت.

تَبْتَبَ Consenuit.

تَبِثَ Moestum sollicitumque esse, animo angi. *Gol ex Mar*

تَبُودَك *et cum* ذ Qui vendit interanea gallinarum, *ut iecora, corda, stomachos.*

تَبَّ 1) *F i n. a* تَبْر Fregit, perdidit 2) b) تَبَرَ Interiit, periit, 3) Se *ab aliquo* separavit *c.* عن *p.* II *n a* تَبِير Fregit in partes, Exitio dedit *c. a* IV Abstinuit *a re c.* عن *r.*

تِبْر *Coll.* Aurum (*a quibusdam Arabum hoc nomen etiam argento datur*), vel fragmenta auri, antequam ignem vel malleum sit expertum (*tum enim aurum* ذَهَب *et argentum* فضة *appellatur*) *vel* quum ex fodinis educuntur. Fragmentum vitri; Omnis substantia aeris vel orichalci, quae opere in formam quandam redigitur.

تَبَار Exitium, interitus. دار التَّبَار Orcus.

تِبْرَة *Nom. unit. vocis* تِبْر Pars seu particula nativi auri vel argenti. *Nam illud arenarum et glareae forma colligi solet.*

تَبْرَاء Camela pulchri coloris.

مُتَبَّر Perditus, exitio datus.

مَتْبُور Periens

تَبَرْكَى Constitit *in loco c.* ب *quasi pro* تَبَرَّك

تَبْرِير Res, aliquid.

تَبْرِيرَة *pro* عِبْرِيَة Furfures capitis. *Vid etiam in* ابر.

تَبَّش Nomen avis et صعارية appellatae.

تَبِعَ *F. a. n a* تَبَع, تَبَاع, تَبَاعَة Secutus, insecutus, persecutus, sectatus fuit, Obsecutus fuit *servi instar*, Sectatus fuit *pec. religionem c a.*; *et* quum transiret ad aliquem, cum eo ivit II *n a* تَتْبِيع Continenter et instando quaesivit, petiit III *n a* تِبَاع *et* مُتَابَعَة Secutus et imitatus fuit *c. a p. et* على *r*, Firmiter, solide et certo perfecit; Prosecutus fuit et omnino cognovit *aliquid c a* تَابَعَ الْمَارِي الْقَوْسَ Optime dolavit et aptavit arcum. تَابَعَ الْمَرْعَى الْإِبِلَ Pratum optime pinguefecit camelos. IV Secutus, persecutus fuit *c. a p*; *item* Assecutus fuit, quum praecessisset aliquis, alter vero eum attingeret *c. a. p*, *etiam Trans.* Fecit ut sequeretur vel assequeretur *c d. a*; Subinuxit *rem rei c d. a*, Post se habuit. أَتْبَعَ الْفَرَسَ لِجَامَهَا *vel* الْدَّلْوَ رِشَاءَهَا *vel* الْمَاقَةَ زِمَامَهَا *Proverb quod adhibetur* Quum aliquis rogatur, ut beneficium perfectum reddat V (*pro hujus nomine actionis* تَتَبُّع *apud poetam et* أَتْبَاع *exstat*) Quaesivit vel petiit continenter atque instando *c. a*; Persecutus fuit. VI Consequenter et successive fuit fecitve, Continuus fuit: *uti vice post vicem incidit in malum: ita caespitavit homo ebrius*; Ultro citroque motis scapulis succussatim incessit (*camelus*), Unus alterum secutus est. VIII أَتَّبَعَ Secutus fuit *c. a.*, *et i. q. Conj. V inprimis apud poetas*; Prosecutus seu persecutus fuit *pu-*

مَتْجَرٌ Ubi exercetur mercatura fervetque mercatus *terra vel forum.*

تَجَّهَ F. يَتْجَهُ (*ab* اتجه *formatum novum verbum*) Convertit se; *et i. q.* تواجه Sibi invicem converterunt vultum.

تُجَاهَكَ *i. q.* وُجَاهَكَ E regione, ex adverso tui; quasi in vel contra faciem tuam.

تَحْتُ Quod inferius est, pars inferior. تَحْتَ Infra, sub, subter. تَحْتَ Sub. امرأة كانت تحته Femina quae ei nupta erat. مِنْ تَحْتِهَا Subter iis. يكون من تحت امره Est sub eius imperio

تَحَتَ Inferiore loco sedit (*a Ioh. Iacob. Schultensio adnot.*).

الْتُحُتُ Vilissimi, infimi ordinis et conditionis homines.

تُحْتَ Paulo sub. *Ita et dicitur* من تحت.

تَحْتَانِيٌ Inferior

تَحَتُّكٌ Motus, sonus strepitusve motus vel incessus.

تَحْتَحَ Motus fuit.

تُحْفَةٌ *et* تُحَفَةٌ *Pl.* تُحَفٌ Benemeritum, beneficium; munus quod dono mittitur vel offertur; *etiam in genere* Res egregia, donari digna.

تَحَايُفٌ Dona, ornamenta.

أَتْحَفَ Benefecit, donavit, munus dedit *c. a. p. et* ب *r.*, *et c. a. r. Et dicitur* أَتْحَفَنِي تُحْفَةً Donum ei dedi

تَحَمَ Colores intexuit vesti, seu diversicolorem texuit eam *c. a.* IX أَتْحَمَ *pro* أَدْهَمَ Nigricavit.

تَاحِمٌ Textor.

تُحْمَةٌ Nigredo intensior.

تَحْمَةٌ Vestes striatae flavo.

أَتْحَمُ *pro* أَدْهَمُ Niger.

أَتْحَمِيٌ , أَتْحَمِيَةٌ *i. q.* مَاحِمَةٌ.

مَاحِمٌ *cum* اللون Ad rufum colorem inclinans *equus.*

مَاحِمَةٌ *et* مَاحِمَةٌ Genus بُرْدٍ *i. e.* striatae vestis seu panni, quod in Arabia Felice texitur.

التَّاجِي Minister horti, hortulanus.

تِخْ تِخْ Vox arcentis gallinas.

تَخَّ *n. a.* تَخُوخَةٌ Acorem concepit *massa.* IV Effecit ut acorem conciperet et bene subegit *massam c. a. r.*

تَخٌ Expressus e sesamo succus; Massa panis seu offa acidior.

تَاخٌ Cibi appetentia carens.

تَخْتٌ *Pl.* تُخُوتٌ Vestiarium, ubi vestimenta reponuntur, et pannus ipse; *et orig. Pers.* Solium: *sive* regium, *unde* تخت الملك Sedes imperii, Metropolis: *sive* commune; *et* Septum accubitorium, quod fulcimentis supra terram elatum cubantibus inservit, et de loco in locum transferri potest.

تَخْتَاخٌ Balbus, qui Arabico idiomate loquens minus intelligi potest, quia barbarus.

تَخْتَخَةٌ Balbuties; sonus, *s.* vox inarticulata; *forte i. q* تمتمة Sonus rei quae percutitur aut frangitur.

تَخْتَخَانِيٌ *i. q.* تَخْتَاخٌ.

تَخَذَ F. *a. pro* اتَّخَذَ (*est propr. dialecto Hudseil. sed e vitiosa derivatione orta radix*); *et* Deposuit (*ab* اخذ).

تَخْرُوبٌ Nidus, domus crabronum.

تَخَارِيبُ Foramina, iis similia, in quibus nidulantur crabrones apesve; *sed hoc quidem ad* خرب *refertur in Kamuso.*

تَخْرِيبٌ Exquisita camelorum species et egregie incedens.

تُخْرُورٌ *i. e.* رَجُلٌ لَا يَكُونُ جَلْدًا وَلَا كَثِيفًا Vir qui neque robustus neque crassus est.

تَخْرِصٌ , تَخْرِصَةٌ *et* تَخْرِيصٌ *Vox peregr. ex* بربر *i. q.* بِخْرِصٌ Laciniae vestis.

تَخْسٌ Delphinus.

تَخَمَ Terminavit, limitavit, terminum posuit *c. a p*; 2) *F i. et* تَخِمَ *F. a.* (*ab* اِتَّخَمَ *Conf. octava verbi* وخم) Male habuit ex stomachi gravatione. III Confinis et collimitatus fuit *c. a.* IV *pro* اوخم Indigestione nocuit gravavitque eum cibus *c. a*

تَخْمٌ, تُخْمٌ *et* تَخُومَةٌ *Pl.* تُخُمٌ, تُخُومٌ (*a nonnullis et hoc pro singulari generis feminini habetur, cuius plural.* تُخُمٌ *et* تُخُومٌ *est*) (*et* أَتْخِمَةٌ) Limes pagi, etiam palatii, aut provinciae: colliminium; *est* تُخُومٌ *quoque* حال تربده Status quem expetis

تُخَمَةٌ (*vulgo et in carminibus* تُخْمَةٌ) *Pl* تُخَمَاتٌ *et* تُخَمٌ Indigestio et corruptio cibi, et ex eo gravatio stomachi et noxa. (ب *pro* و *posita, ob frequentiorem usum, vide* وخم)

أَتْخَمُ Magis cruditate stomachi laborans

مَتْخَمَةٌ *pro* مَوْخَمَةٌ (*vid* وخم) Qui corrumpitur in stomacho eumque gravat, indigestione noxius *cibus*.

تَدْرَجٌ *Coll comm gen Pl* تَدَارِجُ *a Pers* تَدْرُو Phasianus

تُدَرِى *et* تُودَرِى Erysimon, *at pro* thlaspios *genere a Golio habetur*. Eiusdem quatuor species flava, rubra, rosea, alba. *Avicenn l. II p.* 262

تُدَعَةٌ, تُدْعَةٌ Commoda, quieta vita (*a* ودع)

تَدَاعَةٌ *Id* (*a* ودع).

تَدْرَجٌ *i. q.* تَدْرُجٌ

تُدَرِى *et* تودرى *i q* تُدَرِى

تَرَّ *F i o.* 1) Prodiit e lapide quo confringebatur *ossiculum dactyli*, 2) Tinnivit, sonum edidit gladius in feriendo; 3) *n a.* تَرٌّ, تُرُورٌ Separatum fuit *os* (بان); Resectus fuit; 4) Remotus fuit, abfuit, Abiit, recessit *c* عن *l*; 5) *Transit* Resecuit; 6) *pro* تَرِرَ *ut* تَرِرْتُ Plenus et velut carne distentus fuit, pinguis et tenui cute fuit; 7) *n a.* تَرٌّ, تُرُورٌ, تَرَارَةٌ Humidus et succulentus fuit: *uti quaedam sunt ossa* (*velut a* طرى) IV Resecuit; amputavit *manum* ut decideret, Removit, relegavit *e regione c a. p. et* عن *l*, Proiecit *puer* parvum lignum (قلة) feriens maiore مقلاء appellato *c a r et* ب *instr.*; Fecit, ut tinniret, sonum ederet.

تَرٌّ Celeriter pedes glomerans *veredus seu viatorius equus*; Inter se congruentia et pulchre composita habens membra *equus*; Quod merdam e ventre emittit struthio; Labore et molestia pressus

تُرٌّ Radix, origo, et quod in re praecipuum est; (*Vox peregr*) Amussis architectorum, *sc* funiculus quo in rectum dirigunt structuram (*apud Arabes* الامام) *Unde dicunt* لاقيمنك على التر Utique redigam te in ordinem (*sunt verba irati*).

تَارٌّ Succi plenus, pinguis, tenuis cute, Flaccidus et languens prae fame vel alia de causa

تُرَّةٌ Pulchra, mollis et semet ostentans *femina*

تُرَّى Manus amputata, enervatae vires

تَرَارَةٌ Pinguedo, mollities cutis

مُتَتَرٌّ Velocius movens pedes, celeriter incedens *veredus*

تَرِبَ *n. a* تَرَبٌ *et* مَتْرَبٌ (*deriv a* تُرْبٌ) Multum terrae fuit, *et* in manu terram habuit; terram seu pulverem impositum sibi habuit *res*, terrae adhaesit, humi iacuit, *Dicunt male precantes* تربت يداك Ne assequaris bonum! *Hamas p* 275; 2) Pauper evasit, et damnum passus fuit, 3) *n. a* تَرْبٌ Terram iniecit, eave texit; 4) Possedit servum qui tribus vicibus erat possessus. II Inquinavit terra pulvereve *c a.*, terram imposuit vel iniecit *c a p*, Terrae adhaesit, Multas habuit opes, *et contra* Paucas possedit opes III (*a* تِرْبٌ) Eodem tempore natus et coaetaneus fuit, aequalis sociusque et amicus fuit; *et* aequalibus consuevit *c a. p.* IV Effecit ut caderet *c a r*; Terram imposuit, eave conspersit *c a*; Dives fuit, opibus abundavit, seu terra, *et contr.* Paucas habuit opes V Terra conspersus tectusve, et veluti humatus fuit.

تَرْبٌ Terra, pulvis

تِرْبٌ *Fem Pl.* أَتْرَابٌ Aetas; Simul cum alio natus, coaetaneus, aequalis. *Saepissime de femina dicitur* هى تربى Ea mihi coaetanea est *Et inde* Socius, amicus

تُرْبٌ Terra, pulvis

تَرِبٌ Inops

تِرَابٌ Radix *seu* principium radii in anteriore pede ovis

تُرَابٌ *Pl.* تِرْبَانٌ *et* أَتْرِبَةٌ Terra, pulvis, humus, regio. أَبُو تُرَابٍ Ali, patruelis et gener Muhammedis. تراب القى *i. q.* صمغ الحرشف *et Pers.* كنكرزد Succus scolymi inspissatus. تراب الهالك Arsenicum.

تَرْبَةٌ *i. q.* ضَعْفَةٌ

تُرْبَةٌ *Pl.* تُرَبٌ Terra, humus; Tumulus, sepulchrum.

تَرَبَةٌ (*in Djeuh. codice* تِرَبَةٌ) Nomen plantae.

تَرِبَةٌ *Pl.* تَرِبَاتٌ Extremitas seu extrema pulpa digiti; *item Pl* تَرِبٌ Plantae nomen; *Pers.* خنفج Thlaspi; ريح تربة Ventus terram seu pulverem apportans.

تَوْرَبٌ *i. q* تُرَابٌ.

تَرِيبٌ Pectus et os pectoris; Terra, humus.

تِرْيَبٌ Terra, humus.

تَ Terra, humus, pulvis

تُرَابٌ, *et* Nomen plantae.

تُرَبَاءُ rra, humus, orbis terrarum.

اِبٌ . *q.* تُرَابٌ.

وتٌ *Comm. gen* Submissus, obsequens, mansuetus *ca-*
ts.

تيرٌ *i. q* تُرَابٌ.

تَرِيبَةٌ *Pl.* تَرَائِبُ, تَرِيبٌ Ossa seu costae pectoris *vel* Eae, quae claviculas attingunt *vel* quae inter mammas et claviculas sunt *vel* Quatuor costae superiores utriusque lateris (*vel* sinistri tantum *Gol.*); *vel* Manus, pedes et oculi, *vel* Locus super claviculis, ubi ponuntur ornamenta colli.

تُرَيِّبَةٌ Triticum rubentius.

مَتْرَبَةٌ Paupertas, egestas.

تُرْبَدٌ (*ap. Avic.* تربذ) Radicis Indicae purgantis nomen, *vulgo Turbid. Avic. L. II. p.* 264.

تَرْبَامَانٌ *i. q.* غَافِتٌ Eupatorium, *sc.* cannabinum.

تُرْتَةٌ Vitiosa linguae repetitio seu titubantia.

تَرْتَرَ *n. a.* تَرْتَرَةٌ Movit, agitavit, huc illuc concussit *ebrium c. a.*; 2) Ebrium efflare oris halitum iussit, ut cognosceretur, num vinum bibisset *c. a. p.* II تَتَرْتَرَ Agitatus commotusve fuit, vacillavit.

تَرْتَارٌ Vortex aquarum gyrans.

تَرَاتِرُ *i. q.* تَلَاتِلُ Res graves; calamitates.

تَرْتَرَةٌ Commotio, Multitudo motus, festinantia (*conf.* تلتلة); Multiloquentia; Mollities languorve in corpore et sermone.

تُرْتُورٌ *i. q.* جِلْوَازٌ *vel* شُرْطِيٌّ *i. e.* Coactor tributi, satellesve regius aut praetorianus; Nomen avis.

تَرْتِيرٌ Salsola articulata (*plant. Aegypt.*) *Forsk. Flor Aeg Arab. p.* LXIV.

تَرَاتِيرُ *Pl.* Puellae pulchrae, molliores, stultaeque.

تُرَاثٌ Haereditas (*sed est a* ورث).

تَرَجَ Velatus absconditusque fuit. b) تَرِجَ Difficilis et obscurus fuit, *quasi latuit: uti scientia.*

تَرْجٌ Nomen loci, leonibus abundantis. *Unde Adag.* اجرأ من الماشى بترج Audacior eo qui vadit in loco Terdj.

تَرِيجٌ Vehemens *ventus*; Firmus, durus ac nervosus *vir.*

تُرُجَّةٌ *i. q.* أُتْرُجَّةٌ *vid.* اترج.

تَرْجَمَ *n. a.* تَرْجَمَةٌ Interpretatus fuit, de lingua in linguam transferens exposuit, explicavit *c. a. vel* عن.

تَرْجِمَةٌ Vitae *homines* descriptio; Articulus, caput, paragraphus.

تَرْجُمَانٌ, تَرْجَمَانٌ, تَرْجُمَانٌ *et* تُرْجُمَانٌ Interpres linguae.

تَرِحَ Moeruit, tristis fuit. II *n. a.* تَتْرِيحٌ Contristavit, moerore affecit *c. a. p.* IV Moerore affecit *c. a. p.* V Contristatus fuit.

تَرْحٌ Inopia, paupertas.

تَرَحٌ *Pl.* أَتْرَاحٌ Sollicitudo, animi angor; *et i. q.* هُبُوطٌ.

تَرِحٌ Parum boni in se habens; Sollicitus, moestus.

مُتْرِح Qui quod displicet continuo audit ac videt.

مِتْرَاح Quae lac suum cito abrumpit *camela*.

مُتْرَح Saturiore colore tincta (*vestis*); Anxia, sollicita (*vita*); Parvus et qui interdum aqua caret *torrens*.

تَرَخَ *F a.* Leviter incidit seu scarificavit cutem *chirurgus c a.*

تَرْخ Scarificatio lenior, quae levioribus cutis incisuris fit.

تِرْخُون (ت *pro* ط) Draco, draconculus hortensis.

تَرَرَ *F i. et* تَرِزَ *F. a.* 1) Dura fuit *caro*; Aruit, riguit; 2) Defluvium pilorum passae sunt *caudae cameli ex morbo*, 3) تَرِزَ Congelata fuit *aqua*. IV Induravit siccavitve *uti cursus carnes equi c a. r*; Vehementer et ad duritiem subegit *massam femina c a*

تَرَر Fames; Epilepsia (صَرَع), Ventris dolor ac laceratio, quam pecori affert pabulum rore madens

تَارِر Durus; Aridus, rigidus; Anima destitutus, mortuus

تُرَار Morbus ovium quo correptae paulo post moriuntur (قُعَاص).

تُرُور Crassities et firmitas duritiesve

تُرْس *Pl* تِرَاس, تِرْسَة, تُرُوس, أَتْرَاس Scutum, clypeus, *et* Pars aspera *terrae durae*

تَارِس Scuto indutus, clypeatus

تَرَّس *n a.* تَتْرِيس Clypeum induit; fecit ut indueret capesseretve *alius*. V Scuto indutus tectusve fuit; munitus fuit.

تِرْسَة Nomen piscis vel potius animalis reptilis testudini similis, quod in Nilo invenitur; *a Forsk. appellatur* Testudo triunguis. *Descr. anim.* IX

تَرَّاس Qui scutum habet, Qui scuta conficit.

تِرَاسَة Confectio scutorum, opificium vel ars.

مَتْرَس Lignum quod pone ostium ponitur; ostii repagulum vectisve (*origine Persicum, quasi dixeris* مه ترس *Ne metue eo obdito*).

مِتْرَسَة *Pl.* مَتَارِس Res omnis, qua quis, ceu scuto, tegitur tutusque est, *uti lorica terrea in bello*.

ترسى *i. q* الوسن *Avic. L II. p.* 266

ترسيان Dactyli species Cufae.

تَرِشَ 1) Levis in agendo fuit et inconstans; *vel* 2) Malae indolis fuit.

تَرْش Levitas. *in actionibus vel sermone*, inconstantia; *vel* Pravitas indolis, avaritia.

تَرَش *Id*

تَرِش Levis.

تَارِش *Id.*

تَرَصَ *n. a.* تَرَاصَة Firmus fuit II Aequavit, rectificavit *libram*. IV Firmavit, stabilivit, Aequavit et rectificavit *r. a.*

تَرِص *F i* Firmus (*de hasta*)

تَرَس تَارِص Firmo compactoque corpore equus

تَرِيص Firmus, robustus, Recta, non declinans *libra*

مُتْرَص Aequalis, iusta, firma (*libra*).

تَرَعَ *F a* Avertit *c. a p et* عن *r*, *ut* تَرَعَهُ عن وَجْهِهِ

b) تَرِعَ *F a. n a.* تَرَع 1) Plenum repletumve fuit (*vas*); 2) Festinavit praeceps ad malum, 3) Praecipitem immisit se negotiis, et quidem laete ac lubenter. II *n a.* تَتْرِيع Clausit (*ostium*) *c. a.* IV Implevit *c a.* V Properans fuit *ad malum alicui inferendum c.* ب *p. et* الى *r.* VIII Repletus fuit.

تَرَع Plenus, repletus (*de vase vel cisterna*).

تَرِع Plenus, Festinus et praeceps *in malum vel iram*

تَرْعَة *Pl.* تُرَع (*vox syriaca esse dicitur* ܬܪܥܐ *Chald* תרע) Ostium; *alias* Locus ubi confluit aqua et ubi hauriunt; Hortus in loco altiore; Gradus (درجة), Scala ad suggestum ducens; Facies, modus. *Dictum vero Muhammedis traditione ad posteros perlatum* ان مسرى هذا ترعة من ترع الجنة *duplici modo explicatur. Sunt enim, qui vocem* ترعة *hortum significare contendant, dum alii significatio* gradus *magis arridet. Tum et vocem*

Os rivi *significare quidam refert.* Locus, ubi stant ad lacum bibentes (مقام الشاربة على الحوض).

تَرِيعٌ Is qui propter animi agilitatem et alacritatem negotia inconsulte subit.

تَرَّاعٌ Implens alveum (*fluxus aquae e monte descendens*); Ostiarius (*vid.* ترعة).

أَتْرَعُ Intensus vel vehemens *incessus vel fluxus*; Implens.

مُتْرَعٌ Plenus, impletus.

ذُو مَتْرَعَةٍ Nec irascens, nec festinans *vir.*

تَرِفَ Bonis commodisque vitae affluxit, vel iis fruitus et laetatus fuit. II *n. a.* تَتْرِيفٌ Seduxit, perdidit; molliorem et dissolutum reddidit eum *commoditas fortunae c. a. p.* IV *i. q. Coni. II*, *et* Vitae commoda largitus fuit *c. a. p.*, Perseveravit in iniustitia. V *i. q. Coni.* I. X Arroganter, dissolute, insolenter et inique sese gessit.

تَرَفٌ Mollities, commoditas.

تَرِفٌ Tenuis.

تُرْفَةٌ Tuberculum in medio superioris labii, seu potius pars eius media protuberantior, quam ita formavit natura; Commoditas fortunae ac vitae, voluptas; Cibus delicatus et lautior, amico destinatus.

تَرِيفٌ Delicata, bona (*res*)

أَتْرَفُ Qui in medio superioris labii protuberantiae quid habet.

مُتْرَفٌ Bonis commodisque vitae abundans; Homo honestus, delicatus; Perditus vitae commodis atque ad insolentiam dissolutus, Qui derelictus, sibique relictus, facit quod velit; Magnus, gigas.

مُتَرَّفٌ *Id.*

تِرْفَاسٌ Tubera terrae.

تَرَاقٍ Ostrea. *Forsk. descr. anim.* XXXII.

تَرْقُوَةٌ *minus bene* تُرْقُوَةٌ *Pl.* تَرَاقِي *et* تَرَاقٍ Clavicula, os omoplatam sterno connectens.

تَرْقَى *n. a.* تَرْقَاةٌ In clavicula affecit laesitve *c. a. p.*

تَرَكَ *F. o. n. a.* تَرْكٌ, تِرْكَانٌ 1) Reliquit, missum fecit, sivit; reliquum fecit *c. a.*, *ut in his* تركنا عليه في الآخرين *i. e.* ابقينا; Destitit *ab aliqua re c.* عن *r.* 2) b) تَرِكَ *F. a.* In matrimonium duxit feminam quam nemo sibi coniugem expetit (تريكة). III *n. a.* مُتَارَكَةٌ, تِرَاكٌ Missum fecit nec molestus fuit. تاركته البيع Reliqui illi mercem; *et dicitur* لا بارك الله فيك ولا تارك ولا دارك. VI Missum fecerunt inter se *negotium c. a. r.* VIII اِتَّرَكَ Reliquit, missum fecit *c. a.*

تَرْكٌ Ponere (جَعْل) *quasi contrarium vocis* ترك relinquere.

تُرْكٌ *Pl* أَتْرَاكٌ Gens Turcarum inter Chawaresmios et extremi Orientis Tataros.

تَرَاكِ Relinque, missum fac.

تَرْكَةٌ Mulier mediae staturae (المراة الربعة). *Haec traditionis verba* جاء الخليل الى مكة يطالع تركته *ita explicantur*: Venit Alchalilus Meccam, ut videret uxorem suam Hadjaram eiusque filium Ismailem *Sunt vero, qui vocem* تِرْكَة *enuncient*, *ut* rem relictam *significet* *Pl.* تَرْكٌ Cassis, galea ferrea.

تَرِكَةٌ Res relicta; *et speciat.* Res seu haereditas quam quis post vitam relinquit.

تَرِيكٌ Racemus ex quo decerptae uvae, Racemus cuius dactyli decussi sunt.

تَرَّاكٌ Semper relinquens, omittens.

تَرِيكَةٌ Relicta res; haereditas; Femina quam nemo sibi coniugem expetit; Pratum cuius non curatur expetiturve pastura; Ovum cum exclusus est pullus, *vel tantum de struthionis ovo adhibetur*; Aqua relicta a torrente inundante; *et Pl.* تَرْكٌ, تَرِيكٌ, تَرَائِكُ Galea, cassis; *item* Lucrum quod remanet post deductas impensas. *Haec a Golio allata e Kamuso significatio sine dubio falsa est. Legisse videtur* كسابة *a radice* كسب. *In editione Calcutt. legitur* الكناسة بعد ان ينفض ما عليها; *sed et in his vox* كناسة *verbis, quae sequuntur, minime convenit; itaque non dubito, quin legendum sit* كباسة: Racemus dactylorum, posteaquam excussi sunt eius singuli dactyli. *Quae coniectura confirmari videtur verbis*:

وكامير العنقود اكل ما عليه *i. e.* et تريك est uvarum racemus, cuius singulae uvae decerptae sunt.

تَرَمٌ Dolor in podice vel potius in recto (*Mastdarm*) quadrupedis (وَجَعُ الخوران)

لَا تَرَمَا *i. q* لَا سِيَّمَا Imprimis, praesertim

تَرِيمٌ Deo supplex et humiliter devotus; Inquinatus vitiis sordibusve.

تُرَامِزٌ Plenus firmique roboris camelus, vel is, cuius cervix, quando pascitur, intremiscit.

تَرْمَسَ Abfuit seque subduxit a proelio vel a tumultu

تُرْمُسٌ *a Graec* θέρμος Lupinus. *Forsk Flor Aeg. Ar. p* LXX 131 *Avicenn L. II. p.* 268.

تَرَامِسُ Globuli similesve res ex argento (حمان).

تُرْمُسَةٌ Aestivalis locus sub terra constructus, *ad refrigerium vel res a corruptione servandas*

تَرَنٌ *i q.* دَرَنٌ Sordes

تُرُنْجٌ *Coll. nom. unit* تُرُنْجَةٌ Malum Medicum, citreum, *sed proprie* maius. *Vid in* اتر *et* ترج *Hinc* النعلة الترنجية *et* ترنجان Melissa, citrago

تَرَنْجَبِينٌ *et quidam cum Damma, Pers* تَرَنْجَبِين *i e* Humor seu ros melleus, mannae species, quae apud Sogdianos, Medos, ac Babylonios super quorundam fruticum foliis coalescit, atque de iis colligitur *Avicenn L. II. p.* 262

تُرْنُوكٌ Vilis et macer.

تُرْنَى Ancilla, serva, pellex, ابن تُرْنَى Filius meretricis

تَرِهَ Occupatus fuit nugis.

تُرَّةٌ Mendacium, nugae

تَرْنَةٌ Pannus attritus, quo mulier discernit menstrui a puritatis tempore. *Sec. nonn. est* تَرْنَةٌ Aqua flava, quae fluit remittente sanguine. *Djeuh.*

تُرَّهَةٌ *Pl* تُرَّهَاتٌ *a* تَرَارِيهُ Malum, calamitas, Planus locus صَحْصَحٌ, Via parva, quae ex maiore derivatur; Res vana et inanis, verba inutilia, nugae. (*Dicitur* الترهات السابس *et* الترهات الصحاصح *et interdum cum altera voce Genitivo coniungitur. Djeuhario videtur origine Persica vox, quae metaphora* de nugis *adhibita est.*) جاء بالترهات *et* احد في ترهات السابس Impossibilem produxit sermonem. Animalculum in arena vivens, Ventus; Nubes.

تَرَى *i. q.* تَرَاخَى 1) Remissum languidumque se praebuit, 2) Lubens hilarisque fuit, 3) Multus fuit (*Has duas posteriores significationes Golius ex Mercat Alloghat attulit, sed potius ad* ترى *referendae sunt, nisi statuere velis* ترى *et* ترى *commutari*) IV Opera consequenter fecit, inter bina quaeque intercedente remissione aut quiete (*vid.* ورى)

تِرْيَاقٌ *orig Graec* Theriaca, *et omne* Antidotum, *ita anthora dicitur* ترياق *napelli. Unde, et uti quoque* ترياقة Vinum: *quod remedium moeroris* ترياق التركى Mumia

تُسُسٌ *i q* أُصُولٌ رَدِيَّةٌ Stirpes sequiores

تِسْعٌ *Fem gen et* تِسْعَةٌ *Masc* Novem *Corani verba Sur* XVIII. *v* 103· ولقد اتينا موسى تسع ايات بينات *hoc versu explicantur* عصا سنة بحر جراد وقمل دم وبد بعد الضفادع طوفان Baculus, sterilitas anni, mare, locustae et culices, sanguis et manus, post ranas diluvium *Item prius* Sitis cameli nono post potum die

تُسْعٌ Pars nona

تَسَعَ *F a et i.* Nonam cepit partem, nona parte bonorum deminuit *c. a. p vel* Nonus accessit aliis qui octo erant, *i e* se addito novem fecit *c. a.*; 2) تَسَعَ *pro* اِتَّسَعَ IV Novenarium numerum explevit· novem facti sunt vel evaserunt, Nonam opum partem *a gente* cepit *c a p*, Camelos aquavit تِسْعًا, sitibundos et ab aqua diu detentos, vel novenos

تُسَعٌ Tres dies mensis, nempe VII VIII IX ab ultimo ita dicti

تَاسِعٌ Nonus. (*Dicitur* هو تاسِعُ تِسْعَةٍ *et* تاسِعٌ ثَمَانِيَةً; *nec vero dici potest* تاسِعٌ تِسْعَةً.)

تَسِيعٌ Nona pars.

تِسْعُونَ Nonaginta

تساعىّ Nonarius (?) *Abulfed. Annal V. p* 80

تَاسُوعَاء Dies nonus mensis; *ut* عَاشُورَاء decimus. (*Videtur vox serioris aetatis* مولّد).

تَسْنِيم Nomen fontis qui et سلسبيل appellatur.

تَاسُوم (*Vox paulum incerta in codice Fachr-Aldin Razi*) Res quae pedibus subligatur vel qua pedes tecti sunt. *Conf. Locmani Fabul. edit. meae p. 26. l. 4.*

تَأَسَّى 1) Malefecit, laesit *c. a. p.*; 2) Leviter pendit, sprevit *c. a. p.*

تَشَحَ *i. q.* تَشْحَة.

تَشْحَة Parum lactis. (*Golius hoc e Djeuhari opere attulit; sed in meo huius operis codice deest.*)

تَسْحَة (*pro* وشحة) Studium et animi fervor in defendendo iure suorum; Aviditas; Pusillanimitas, timor (فَرَق); Ira; Improbitas et nequitia.

أَتْشَحَ Iaculatus fuit, petivit (*telis*) *c. a. p. et* ب *r.*

أَتْشَح Vir in quo تَشْحَة.

تِشْرِين *a Chald.* תשרי (*Dual.* تِشْرِينَان) Nomen mensis Syromacedonum: *estque duplex, unus* تشرين الاول October, *alter* تشرين الآخر November.

أَتَّضَعَ *pro* اِنْتَضَعَ Dedecore seu probro publice affectus fuit. (*Golius ita ex Gl. Mar., sed non dubito, quin pro* انتضع *legendum sit* أتضع *et hoc pro* أوتضع *octava coniugatione verbi* وضع *positum.*)

تَطَا *F. o.* Iniuste egit, iniuria affecit; vim et tyrannidem exercuit

تَع Languor; Vomitus.

تَعَة *Id.*

تَعِبَ *n. a.* تَعَب Lassus, defatigatus fuit, se defatigavit; Labore, molestia gravatus fuit; Operam perdidit. IV Fatigavit *c. a. p.*; Fregit consolidatum *os*; Implevit *vas*; Fatigatum habuit lumentum.

تَعَب Lassus, defatigatus; Defatigatio, labor.

تَعِب Lassus, defatigatus.

مَتْعَب *Pl.* مَتَاعِب Fatigatio, Locus fatigationis.

مَتْعَبَة *Id.*

مَتْعُوب Fatigatus, gravatus; molestia affectus, vexatus *Sed haec vox reiicitur a Djeuh. et Firuzabadio, est potius* مُتْعَب *adhibendum.*

تَعْتَعَ 1) Pedibus defixis in arena vel luto haesit (*iumentum*); 2) Balbutivit, titubavit lingua (*in sermone*); 3) *Transit. i. q.* تلتل Huc illuc commovit agitavitque *c. a. p.*; 4) Invitum detinuit et coëgit ut inquietus esset *in aliqua re c. a. p.* II Balbutivit.

تَعْتَع *i. q.* فَأْفَأ Titubantia et implicatio linguae in efferenda litera Fe vel Te; Confusio, conturbatio; *Pl.* تَعَاتِع Rumores, opera vana atque inepta. *Dicitur* دعوا في تعاتع.

تَعَرَ *F. a.* Vociferatus fuit.

تَعَر Ardor pugnae seu belli.

تَعَّار Vociferator, exclamator. جُرْح تَعَّار Vulnus, cuius sisti nequit sanguis. *Vid.* تغر.

تَعَسَ *et* تَعِسَ (*inter has formas tale discrimen intercedit, ut, quum alloqueris, dicas* تَعَسَ, *quum narras, dicas* تَعِسَ) 1) *n. a.* تَعْس Periit, interiit; 2) Caespitavit, cecidit; 3) Demissus depositusque fuit; 4) Procul et remotus fuit; 5) تَعَسَ Perdidit *c. a. p.* IV Perdidit *aliquem Deus c. a. p.*

تَعْسًا *c.* لك Pereas, sit tibi male.

تَعِس Periens, *et apud poetas videtur* Interitus.

تَاعِس Periens *homo.*

تَعَاسَة Exitium.

تَعَصَ *F. a.* Doluit ex pedis nervo seu tendine ob multum incessum.

خِلَالٌ (*videtur haberi et singularis et pluralis a* خلل *forma*) Interstitium, Medium rei, *inde* هُوَ خِلَالُهُمْ Hic inter eos est; Dentiscalpium; Lignum quod transfigitur per pulli camelini linguam, ne lactere possit *Pl.* أَخِلَّة Instrumentum, quo aliquid perforatur; Ligna acuta, quibus tegumenta pellicea tentoriorum Arabicorum connectuntur, *Reisk.*, *et* Ligna acuta, quibus vestimentorum partes non consutas inter se connectunt. Hanc ob causam Abu-Becrus chalifa ذو خلال cognominatus est, quia omnibus opibus in pium usum erogatis, talibus lignis in vestibus suis utebatur; *et Coll.* Spinae *seu* aculei enascentes e ramis palmarum. *Gol. ex Afr. de quibus in* ابر *et* اسل *vid.*; *item* Reliquiae cibi inter dentes.

خُلَالٌ *Coll.* Dactyli maturi qui inter interstitia ramorum quaeruntur; Accidens, quod causa est, cur omnis res dulcis acescat.

خَلَّةٌ *Masc. et Fem.* Camelus anniculus, secundum annum ingressus. *Inde dicitur* اتاهم يعرض كانه فرس حلة; Foramen parvum *vel* quodcunque; *et Pl.* خَلَلٌ Foramen in arundinea domo. *Inde mortuo bene precantes dicunt* اللهم اسدد خلله; Arenae tractus separatus. *Plur.* خَلّ Vinum, *vel* vinum acre, *vel* corruptum sed non acre; Mulier levis, agilis; Locus hominis vacuus post mortem; Necessitas, res necessaria (حاجة); Paupertas: *inde proverb. locutio orta est* الخلة تدعو الى السلة Paupertas ad furta incitat. *Pl.* خِلَال Natura, indoles, proprietas *rei*; Portio aceti.

خِلَّةٌ *Pl* خِلَلٌ, خِلَالٌ *et Pl. Pl.* أَخِلَّةٌ Theca vaginae corio tecta *vel* capsa, in qua ponitur vagina gladii auro allisve rebus ornata; Lorum quo obvolvitur cornu arcus (سية); *tum gener.* Corium omne pictum. *Plur.* خِلَلٌ, خِلَالٌ Cibi inter dentes relicti particula, quae dentiscalpio inde eximitur; Amicitia. *Dicitur* انه لكريم الخلة Generosus ille in amicitia est; *tum quoque tam Masc. quam Fem. Sing et Plur.* (*quia proprie est Infinitivus*) Amicus.

خَلَّةٌ Arbor (شجرة) quaedam spinosa; Locus ubi proveniunt et frequentes sunt plantae spinosae حرض appellatae; Omnis planta, cui inest dulcis sapor. *Inde dicunt Arabes* الخلة خبز الابل والحمض فاكهتها لحمها *vel* Omnis terra, in qua non proveniunt plantae حمض appellatae *Pl.* خُلَلٌ Amica sincera, amicus. *Pl.* خِلَال Amicitia sincera; Indigentia (*Gol. ex Mar.*).

خَلِيلٌ *Pl.* خُلَّانٌ, أَخِلَّاءُ Amicus intimus sincerusque; Mulieris amatus. خليل الله Amicus Dei, *et inde* الخليل Abrahamus Cor; Nasus, Capulus ensis *Gol ex Meid.*; *adject.* Perforatus; Extenuatus corpore, macilentus *vir*, infirmus; Pauper, indigus.

خَلَّالٌ Aceti venditor.

خَلَّالَةٌ Amicitia sincera.

خِلَالَةٌ Amicitia sincera; Dentiscalpium; *et inde* Debilis, macer.

خُلَالَةٌ Amicitia sincera; Reliquiae cibi inter dentes, quae inde dentiscalpio eximuntur; Dactylus maturus, qui inter ramorum interstitia quaeritur (*videtur nomen unitatis a* خُلَال)

خُلُولَةٌ Amicitia sincera.

خَلِيلَةٌ *Pl.* خَلِيلَاتٌ, خَلَائِلُ Amica intima, sincera.

خَلِيٌّ *Fem.* ة Depascens arbores et plantas خلة appellatas *camelus*. *Dicitur* بعير خلى *et* ابل خليه.

أَخَلُّ Indigens, pauper; *tum et sensum comparativi habet* Magis pauper.

أَخِلَّةٌ *De vario hanc vocem derivandi modo conf. Hamas. p.* 662.

مُخِلٌّ *Fem.* ة Depascens arbores et plantas, quibus nomen est خُلَّة, *camelus*, Pauper, indigens

مُخْتَلٌّ Vehementer sitiens; *F* ة Depascens arbores plantasque خلة appellatas *camelus* امر مخيل Res infirma, *tum* Indigens, pauper.

مَخَلَّة Solum plantas خُلَّة, dulcius camelorum pabulum, producens

مَخْلُولٌ Perforata *res*; Fissus lingua et sic ablactatus

خَلَأَ 1) *n. a* خَلْأٌ, خِلَاءٌ, خُلُوء In genua procubuit *vel* refractaria fuit *camela* (*sunt qui et de camelo hoc dictum esse velint, dum alii camelis fem id solum tribuant*), 2) *n a* خُلُوء E loco suo non processit *vir*, 3) Relinquens unam, alteram agere coepit *gens*.

خِلْيٌ *et* خَلِيٌّ Mundus, *vel* Cibus potusque

خَلَبَ *F. o. et i. n a.* خَلْبٌ 1) Vulneravit aut scabit aut fidit *unguibus c. a p et* ب *instr*, 2) Unguibus arripuit *praedam c a*, 3) Fidit *rem c a r*, 4) Alienavit *mentem alicui c d a*, *ut mulier pulchritudine sua*, 5) Momordit *aliquem c a p*, 6) *F. o n. a* خَلْب Succidit (*gramen*) *c a*, 7) *F. o n a* خَلْبٌ, خِلَابٌ, خِلَابَةٌ Decepit et fefellit verbis *c a p* *Proverb est locut* اذا لم تعلب فاخلب b) خَلِبَ *n a* خَلَبٌ Pusillanimis, fatua fuit (*de muliere*) II Decepit *c a p* III Decepit *c a* IV Coenosa fuit *aqua* VIII Resectus fuit instrumento مخلب, Decepit verbis *aliquem c a p*, Deceptus fuit X Vulneravit unguibus aut scabit aut fidit *c. a.*, *et* Succidit *gramen c a*

خِلْبٌ Unguis ferae aut rapacis avis (*conf* مخلب), Carnis tenuis particula, quae inter costas est et unam cum altera coniungit *vel* Iecur *vel* eius augmentum, *sc* Lobus iecoris, *vel* Iecoris velum, quo munitum est, *vel* Res quaedam alba iecori adhaerens *Inde originem duxisse videtur* خِلْبُ نِسَاءٍ Is qui mulieres amat et ab iisdem amatus est. *Huius Pluralis est* اخلاب *ut dicatur* أَخْلَابُ نِسَاءٍ, *tum* Raphanus, Vitis folium

خُلْبٌ *et* خُلُبٌ *Coll nom. unit c* ة Fibrae lignosae, quibus palmae truncus constat, Medulla palmae *vel* eius cor, Fumi durus et tenuis ex fibris lignosis palmae tortus, Lutum, *vel* Lutum durius cohaerens, *vel* Lutum nigrum.

خَالِبٌ *Fem.* ة Decipiens, fallens *vir*, *mulier*.

خُلَّبٌ Nubes pluviae expers *Et dicitur* البَرْقُ الخُلَّبُ, بَرْقُ خُلَّبٍ, بَرْقُ الخُلَّبِ (*est autem pro* برق السحاب الخلب) Fulmen nubis aqua carentis (*Wetterleuchten*) *Inde ei qui promittit, sed non stat promissis, dicitur* انما انت كبرق خلب.

خَلْبَنٌ Pusillanimis, fatua *mulier*, Macra *mulier*

خَلَبَةٌ *Plur* Deceptores, mendaces.

خَلِبَةٌ Decipiens (*de muliere*), *et* Iactanter incedens *mulier* (*Gol ex Meid*)

خَلُوبٌ Decipiens (*de muliere tantum*)

خَلْبَاءُ Pusillanimis, fatua *mulier*.

خِلْبَاءُ *Ut Pluralis vocis* خِلْبٌ *et dicitur* خِلْبَاءُ نِسَاءٍ *eodem sensu ac* اخلاب نساء.

خَلَّابٌ *F* ة Decipiens, fallens saepius *vir*, *mulier*

خِلَابَةٌ Deceptio, fraus (*quae verbis peragitur*)

خَلَنْبُوبٌ Decipiens, fallens (*de viro tantum*)

خَلَنْبُوبٌ Decipiens, fallens (*de viro et muliere*).

خِلِّيبَى Fraus, deceptio

مِخْلَبٌ *Pl.* مَخَالِبُ Aduncus unguis *rapacis avis vel ferae* (*vel ita sunt voces* ظفر *et* مخلب *distinguendae, ut illa de avibus, quae venando aptae non sunt, hac de avibus venando adhibitis utantur*), *et* Falx non dentata, qua succiduntur herbae, Nomen instrumentorum chirurg *vid Albucas de chirurg p* 240 *sqq*.

مُخْلِبٌ Coenosa (*aqua*)

مُخَلَّبٌ Multum colorata pictave (*de vestibus*).

مَخْلُوبٌ Deceptrix, fraudulenta (*mulier*)

خَلْبَسَ Verbis deliciosis decepit *aliquem* eiusque animum sibi conciliavit *c a p vel c a cordis*.

خَلَابِسُ Res vanae, nefas *Dicitur* وقعوا فى الخلابس

خُلَابِسٌ Mollia, mansueta et mitia verba. *Dicitur* اخذ قلبه بالخلابس Occupavit eius animum verbis mansuetis, Mendacium, غره بالخلابس Decepit eum mendacio

خَلَابِيس Res vanae, nefas; Mendacium; Ex varlis regionibus dispersi homines. (*Sunt qui hanc vocem singulari carere dicant, dum alii eam a voce* خلبس *derivatam esse contendunt*), *tum* Cameli qui aqua satiati tam celeriter abeunt, ut pastor eos attingere nequeat; Res nec bene disposita nec bene cedens.

خَلَنْبُوس Pyrites, silex quo extunditur ignis.

خَلْبَص Fugit (*vir*).

خُلَيْبُوس Nomen avis, quae passeris colorem habet sed eo minor est.

خَلَجَ *F. i. n. a.* خَلْج 1) Traxit, attraxit *rem c. a. r.*; 2) E loco suo traxit et evulsit *rem c. a. r*; 3) Retraxit a foetu lactando *matrem c. a. p.* (خَلَّجَهَا) *Djeuh In Kamuso autem* Infantem aut pullum cameli sui ablactavit, *ut sine accusativo dicatur* خَلَجَ الرَّجُلُ; 4) Movit, agitavit *c a r*; 5) Confodit *c a. p*; 6) Occupavit, occupatumque tenuit *cura mundi c. a. p*; 7) Nictando innuit monuitque *c. a. p. Dicitur* خَلَجَ الرَّجُلُ بِحَاجِبِهِ Palpebris motis adnuit *viro, et* خَلَجَ الرجل بعينه; 8) Inivit *feminam c. a. p.*; 9) *F. i. o. n. a.* خُلُوج Palpitavit, commotum fuit *membrum, oculus.* b) خَلِج *n. a.* خَلَج Dolores ossium ex lassitudine, labore, vel multo incessu habuit; 2) Corrupta fuit *res.* III Anxia dubiave cogitatione *animum* affecit *res c. a Dicitur* خالج فلى امر. V Commotus fuit, vacillavit, Dissolutis velut artubus, ut modo in dextrum, modo in sinistrum latus inclinaretur incedendo, nutavit, *hemiplexia laborans.* VI تخالج فى صدرى سى Dubitans haereo in re. VIII Traxit, abstraxit *c. a.* أَخْتَلَجَ القومُ Abducta vel abrepta fuit gens. *Diw. Huds*; Ablactatus fuit; Palpitavit commotusque fuit *oculus.*

خُلْج Populus de cuius origine dubitatur; Nomen gentis Arabicae, quae quum primum cum gente Adwan ben-Kais Aihlan coniuncta fuisset, ab Ohmaro chalifa ab ista separata et genti Harits ben-Malic addita hoc nomen accepit.

خِلَاج Dimicatio, contentio; Dubium; Species quaedam vestium striatarum.

خَلِج Remotus, longinquus.

خَلَجَة Nictans *oculus. Gol. ex anonym. Lex.*

خَلُوج Quae, quum ei sit pullus ereptus, decrementum patitur lactis *camela*; Quae propter agilitatem et celeritatem iter quasi trahere et evellere videtur *camela*; *et* Nubes disgregata *vel* aqua abundans.

خَلِيج *Pl.* خُلْجَان (*Meid.*) Sinus maris; *item* Flumen: *aliis etiam* ripa *eius, ut* خليجا النهر Latera duo fluvii *sint*; Canalis e flumine maiore derivatus; Locus maris profundissimus, gurges, abyssus *Gol. ex Mar. Plur.* خُلُج Scutella lignea magna. *Pl.* خُلْج Navigium minus *quam* عَدَوْلَى appellatum; Funis: quod ei res alligata trahitur. *Pl.* خُلُج Corpore tremente praeditus.

أَخْلَج Funis.

أَخْلَج Praestans ac velox equus; Planta quaedam.

وجه أَخْلَج Facies paucam carnem habens.

خَلُوجَة Quae dextrorsum et sinistrorsum fit hastae confossio; Res obscura, dubia; Consilium probum, sententia recta et vera.

خَلَنْكَم Corpulentus, magnus, *vel* Longa, procera statura praeditus

خَلَنْكَم *Id*

خَلْخَل Omni carne nudavit (*os*) *c a*

خَلْخَل *Pl.* خَلَاخِل *et* خَلَاخِيل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant, *ex auro fere vel argento*, Tenuis, pulchra *vestis.*

خُلْخُل Compes, qua Arabum mulieres infimam tibiam ornant.

خَلَخَال *Id.*; Tenuis, pulchra *vestis.*

خَلْخَلَ Compede ornavit infimam tibiam *mulier* (*a* خلخال *derivatum*).

خُلْخُل (*et tanquam Femin. conf. Hamas. p.* 822) Locus tibiae prope talos, ubi periscelis aptatur.

مُتَخَلْخِل Cuius singulae partes non cohaerent *exercitus.*

خَلَدَ *F. o.* 1) *n. a.* خُلُود Perennavit et sempiternus fuit; Constitit, mansit *in loco c.* الى; 2) *n. a.* خُلُود, خَلْد Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; 3) Permansit *in loco c.* ب *l. vel c.* الى *l.* II Aeternum ac perennem reddidit; Permansit *in loco c.* ب *l.*; Tarde

senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*; Pericarpiis vel inauribus ornavit. *Gol ex Mar.* (*vid.* خلدة) IV Aeternum ac perennem reddidit *c. a*, Nixus fuit *c.* الى, *ut in his Corani verbis* ولكنّه اخلد الى الارض; Inclinavit *ad aliquem c* الى *p.*, Constitit mansitve *in loco c* ب *vel c* الى *l*; Adhaesit *socio*, affixus fuit ut eum non relinqueret *c.* ب *p*, Tarde senuit et aetate provecta robustus iam fuit *vir*.

خُلْد Talpa (*sed rarius quam* خُلْد).

خُلْد Perennitas, aeternitas, Paradisus, Talpa, *vel* Aliud coecum talpae simile animal in terra vivens, quod odorem cepae et porri ita amat, ut posita cepa aut porro in eius foramine prodiens capi possit (*talpa autem ab Arabibus pro caeca habita est*, *Pl.* مَتَاخِدُ *in usu est*) *Pl* خِلَدة Pericarpium et inauris, Species quaedam alaudae (قُنَّبَرة)

خَلَد Mens, animus, anima *Sic dicunt* ما وقع ذلك في خلدى Non incidit hoc in animum meum.

خَلَد *id quod* خالد *conf ill de Sacy Anthol Gramm p* 66 *infr. t ar*

خَالِد *Fem* ة Sempiternus أبو خالد Canis *Mar* الخرائر الخالدات Insulae fortunatae *Abulf* الخالدان Duo viri ex Asaditis, *nempe* Chalid ben-Nachlah ben-Alaschtar ben-Djahwan ben-Fakas, *et* Chalid ben-Kais ben-Almodhallil ben-Malic ben-Alazghar ben-Munkids ben-Tharif ben-Amru ben-Koaim

خَلَدَة Inauris, *et* Pericarpium

خُلُود Perennitas, Aeternitas, *item* Senectae vegetus vigor virorque

خَوَالِد Eae montis partes, quae Arabibus inserviunt tripodibus in deserto; Lapides, Montes

مُخْلَد Perennis, stabilis, firmus, *et* Vegetae ac virentis senectae *vir*

مُخْلَد Is cuius senectus tarde apparet

مُخَلَّد Aeternitate donatus, *vel* Non decrepitus, *vel* Semper ad servitium idonei, quum semper utantur bona aetate, *vel* Inauri *vel* pericarpio ornatus, *ita in his Corani verbis* يطوفون عليهم ولدان مخلدون مُخَلَّدًا Semper

خُلَّر Nomen plantae; *sec. nonn* Faba (فول); *sec al* Vicia (حلبان *dubito num sit vicia an pisum*), *aut* Lens *vel* huic simile legumen (ماش)

خَلَس *n a.* خَلْس, خِلِّسَى Rapuit inopinatim et celeriter, *et* abripuit *c. a. r* III Eripuit alteri; Arripuit aliquid, Fecit occulto, raptim et furtim. IV Partim arida, partim viridis fuit (*herba*); Partim cano, partim alio capillo utroque mixto vestitum fuit (*caput*) V Rapuit *c a.* VI Ad se invicem rapuerunt, et ad se pertraxerunt VII Se abripuit, separavit, se subduxit *Hamak Vakid Adnot p* 46 VIII Celeriter *rem* ad se traxit, rapuit *c a r* (*Sunt qui huic formae eandem ac primae significationem tribuant, sed sensum celeritatis addant*)

خَلْس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur.

خُلْس نِسَاء Mulieres rubicundae quarum color albus nigro commixtus est (*huc Pluralis aut a* خلساء *aut a* حلاسة *abiectis litteris* ة *formatus est*)

خَلِس Abripiens (*Meid*)

خَلْسَة *Pl* خَلَس *nomen* Raptio, ereptio inopinata, celeris, Res quae inopinatim et celeriter rapitur, Quod partim aridum, partim viride est pabulum, Alba macula in nigro, Occasio *dicitur* هو لك خلسة *Meid*

خَلِس Pabulum arescens, cui a radice novum subnascitur, ut cum illo permisceatur, *et* Semicanus, Mixta nigra albaque (*coma*), Planta flaccescens, ut duo eius colores mixti sint, Rubicundus, cuius albus color nigro commixtus est *vir*, Fortis

خِلَاسِيّ *F* ة Puer patre nigro et matre alba natus, ut eius color ex nigro alboque mixtus sit, Gallus cuius color coloribus gallinae Persicae et Indicae intermixtis constat

مُخَالِس Fortis

خَلَص *F o* 1) *n a* خُلُوص, خَالِصَة Pura, alba et non inquinata fuit *res*, 2) *n a* خُلُوص Pervenit, attigit *res c.* الى *p*, 3) Fractum fuit in plures partes in carne *os*, 4) Servavit a malo *c a. Abu-l'Ahla* b) خَلَص *n. a* خَلْص Fractum fuit in plures partes *os* (*Quod in Kamuso legitur* بسط *vitium est*; *legatur* بسطى). II Purum fecit; Sincerum illi praestitit *amorem c a. r. et c* لِ *p*; *n a.* تَخْلِيص Purum butyrum cepit, Liberavit, salvavit a malo *c* من *r et a. p* III Sincere egit *cum aliquo c. a p et* فى *r* IV Purum

fecit, purificavit *butyrum c. a.*; Purum cepit butyrum; Sincere et sine simulatione coluit *Deum religione* (*Dicitur* احلص لله الدين *et quoque* (احلص لله), *homines amicitia c. a. p. et* ب *r.*; Medullam pinguem habuit *camelus* V Liberatus fuit, et se liberavit *ab aliqua re c.* من. X Optavit, ut purus ac sincerus esset; Puram sibi reddidit, integram sibi vendicavit *rem*; Omnino potitus fuit *re c a. r.*

خَلْصٌ Albus *de omni re.* خَلْصَا السَّنَّة Utris vetusti in extremitate et inferiore et superiore corii segmenta assuta per quorum interstitia aqua effluit, *et tum* Aqua, quae effluit per interstitia huius corii.

خِلْصٌ (*et Collect.*) *Pl.* خُلَصَاءُ Amicus, *spec.* sincerus.

خَلْصٌ *Coll nom. unit. c.* ة Arbor viti similis, boni odoris, quae alias implicat arbores et baccas producit similes carneolis ذو الخَلَصَة Templum, quod Caaba Iemanensis appellabatur et Chasahmitis (خثعم) erat. *Ita appellatum est, aut quia in eo erat idolum* خلصة *appellatum, aut quia hoc in loco arbores* خلصة *crescebant.*

خَالِصٌ (*Fem. c.* ة) *Pl.* خُلَّصٌ Purus, merus; Exquisita et electa pars rei, Nomen fluvii in oriente Bagdadi, ad quem eiusdem nominis magnus pagus situs est. هذا السيء خَالِصَةٌ لك Haec res tibi propria est et peculiaris aut omnimode convenit tibi.

خَلَاصٌ Libertas, salus, *et sec. nonn.* Aurum (*quae cum Fatha enunciatio vitiosa habetur*).

خِلَاصٌ Salus, liberatio; Igne purificatum *de auro, argento, cremore*; Vestigium (اثر).

خُلُوصٌ (*Kam.*; *sed rectius videtur* خُلُوص) Sordes et sedimentum *butyri.*

خَلْصَاءُ Regionis nomen in deserto sitae in qua fons est.

خَلَّاصٌ Rima, interstitium in domo.

خُلَّصَانٌ *Sing. et Plur.* Amicus, *et* amici.

خِلَاصَةٌ Purificatum, purum *butyrum*; *etiam in genere* Purior meliorque rei pars *Gol. ex Mar.*

خُلَاصَةٌ *Id.*

اِخْلَاصٌ Sinceritas. *Haec autem est vocis explicatio in libro inscripto* تعريفات الاخلاص فى اللغة ترك الريا فى الطاعات فى الاصطلاح تخليص القلب عن شايبة الشوب المكدر لصفاه وتحقيقه أن كل شى يتصور أن يشوبه غيره فاذا صفا عن شوبه وخلص عنه يسمى خالصا ويسمى الفعل المتخلّص اخلاصا.

التَّخَلُّصُ Accessio, quae in carmine a parte priore, introductione scilicet ad propositum thema fit, ut una pars alteri consentanea sit. *conf. Al Mokhtusur p.* 682.

مَخْلَصٌ Locus salutis, asylum.

خَلَطَ *F. i. n. a.* خَلْطٌ Miscuit, commiscuit *c. a. r. et* ب *alt.*; 2) Omnia arcana alicui dixit. II *n. a.* تخليط Miscuit, *cum quadam intensione c. a. r. et* ب *r.*; *inde* Confusum, perturbatum reddidit *alicui negotium c. a. et c.* على *p.*; Confudit, perturbavit *c. a. p. et* ب *r. et c.* بين; Corrupit *rem*, perperam et perverse agens *c.* فى *r.* III *n. a.* خِلَاطٌ, مُخَالَطَةٌ Incidit *in aliquem c. a. p.*; Pervenit *c. a. l. Dicitur* خالط سهل الارض. Immiscuit se *rebus hominibusve*, *aut res* inter se commiscuit *c. a. p. vel r.*, *et* miscuit corpus; Coivit *admissarius cum camela c. a.*; Concubuit *cum femina c. a. p.*; Affecit involvitque *noxa aliquem c. a. p.* خولط الرجل Confusus fuit *mente* vir *c.* فى *mentis*; Incidit, irruit *in gregem lupus c. a.*; Incidit *in aliquem c. a. p.*; Dolore capitis affecit *aliquem morbus c. a. p.* IV Iniit (*admissarius*) *camelam*; Miscuit *admissarium camelum cum femina*, *i. e.* iuvit ad coitum, veretro in vulvam immisso *c. a. cameli*, *et dicitur* اخلط للفحل Direxit cameli veretrum in vulvam; Miscuit se cum *re c.* ب *r.*; Defuit in cursu et minus fecit, quam debuit (*equus*). VIII Mixtus fuit; Perturbatum confusumque *alicui* fuit *negotium c.* على *p.*; *item* Defuit in cursu et minus fecit quam debuit (*equus*); Corruptam mentem habuit; Iratus fuit; Pinguis fuit (*camelus*). *Tum dicitur* اختلط الحابل بالنابل *vel* الحابل بالنابل *vel* الحابل بالرّبّاد *vel* اللبل المرعى بالهمل *vel* بالغراب *ad significandum*, *rem esse obscuram et intricatam.* X Primum non bene direxit veretrum, tum vero in vulvam immisit *admissarius.*

خَلْطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui lenonis more uxores suas et utensilia hominibus concedit eaque inter illos quasi proiicit.

خِلْطٌ Omnis res, quae se cum altera miscet; *Pl.* أَخْلَاطٌ Dactylorum variae species mixtae. رَجُلٌ خِلْطٌ مِلْطٌ Mixti generis vir. أَخْلَاطُ الانسان Quatuor humores, qui corpori humano ad vitam necessarii sunt, *nempe* السودا, الصفرا, البلغم, الدم *Avicenn. p.* 5 *sqq.* الأَخْلَاطُ Mi-

scella hominum turba et ignobilis. Fatuus, stultus; Sagitta, quae e ligno curvo confecta, recta reddi nequeat (*ita et de arcu*).

خَلِطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens; Qui uxorum suarum et utensilium usum lenonis more hominibus concedit eaque inter ipsos quasi proiicit; Stupidus.

خِلِطٌ Arcus curvus; Sagitta curva.

خُلُطٌ Se immiscens hominibus iisque blandiens, Qui uxorum et utensilium hominibus usum concedit eaque inter ipsos quasi proiicit

خِلَاطٌ Miscella turba ex hominibus, camelis, pecudibusve aliis constans, Quod aliquis camelos suos cum aliis miscet, ut decimari non possint *Meid* *In Kamuso vero in decimis varius huic voci sensus tribuitur Ita vocem interpretatur auctor*. Quod si *ex gr.* socii duo centum et viginti oves, ita ut uni sint octoginta alteri quadraginta, possident, et decimans ex toto numero duas capit, ille qui possidet octoginta, alteri quadraginta habenti tertiam partem ovis reddit, ut hic dederit duas tertias partes, ille vero ovem et unam tertiam ovis partem, *et* si decimans ex centum et viginti, unam tantum ovem cepit, qui octoginta possidet oves, alteri duas tertias ovis reddit *vel* in decimis vox خلاط significat, si tres *exempli gratia* socii, quorum quisque quadraginta oves possidet, tres suos greges in unum coniungunt, ita ut tres, quibus singulis una cuilibet ovis danda fuisset, unam tantum ovem dent decimanti خِلَاطٌ Nomen urbis Armeniae (*ne dicas* أَخْلَاطٌ)

خِلْطَةٌ Consuetudo sociorum, consortium, amicitia, Hominibus se miscens *mulier*

خُلْطَةٌ Consortium.

خَلُوطٌ Miscens, commiscens

خَلِيطٌ *Coll.* Miscella hominum turba; *tum Sing et Plur* (*etiam Pl* خُلُطٌ *et* خُلَطَاءُ) Mixtus, permixtus; *inde* Socius, *sec. al* Qui rem habet cum alio communem *ut aquam, viam, ut in his traditionis verbis* الشريك اولى من الخليط والخليط اولى من الجار (*In his autem* الشريك *eum significare videtur, qui una cum altero rem nondum distributam possidet*), Coniux, Patruelis, Homines, quorum res una eademque est, Is qui se in alterius res miscet, Pabulum ex foeno et stramine mixtum, Mixtura ex luto et stramine *vel* foeno constans, Lac dulce mixtum cum lacte acido, Butyrum cum carne et adipe mixtum

خَلِيطَةٌ Lac camelae lacte ovium mixtum, *vel* ovis lac caprarum lacte *vel vice versa.*

خِلِّيطَى (*propr nom actionis*) Mixtum *Dicitur* مالهم بينهم خليطى Eorum opes mixtae sunt

خُلَّيْطَى Confusio, *seu* confusum negotium, *aut* opus *Dicitur* وقعوا فى خليطى, *et* Miscella hominum turba

بيّن الخَلَاطَة Fatuus (*vir*)

أَخَالِيطُ Res intricatae, obscurae, difficiles *Meid*

مَخْلِيطٌ Opus perperam et perverse factum

مِخْلَطٌ *et* مِخْلَاطٌ Qui se negotiis ingerit et immiscet, inprimis alienis *Dicitur* هو مِخْلَط مِرْبَلٌ.

مُخْتَلِطٌ *Fem c* ة Pinguis ita ut carnes cum adipe mixtae sint (*de camelis*)

خَلَعَ *F a* 1) *n a* خَلْع Extraxit, detraxit et quidem lente (*et in hoc differt a* نزع) خلع من الملك يده Imperio abdicavit *Prov loc* خلع فلان رسنه فغدا على الناس يسر Capistrum suum aliquis deposuit et malo affecit homines, Exuit *vestem, calceos c a* *Inde* 2) Deposuit, removit munere *praefectum c a p*, 3) *n a* خُلْع Dimisit oblato ab ipsa vel ab alio quodam munere *uxorem maritus* (*Etsi haec res nomen divortii gerat, ex Alschafeii sententia divortium verum non est*), 4) Repudiatum filium reliquit suo arbitrio (*sich von ihm lossagen quod faciebant ob scelera commissa etc*) *c a p* (*Quando tempore ante Muhammedem coram populo aliquis dicebat* هذا ابنى قد خلعته *tum non amplius postea ob eius delicta puniebatur*); 5) Veste خلعة appellata honoris ergo donavit *aliquem c* على *p*, 6) Rebellavit, 7) Exivit e loco *Gol ex Mar*, 8) Aristas suas emisit extulitque *spica Kam*; 9) Fronduit, et quidem perenni virore, arboris عضاه appellatae species, 10) Crasso pene praeditus fuit *iuvenis*. b) خَلُعَ *n a* خَلَاعَة Sibi relictus, a suis repudiatus fuit *iuvenis*, quia improbus et flagitiosus erat. *conf* خَلَع *n* 4 c) خُلِعَ Affectus est morbo, quo nervus magnus عرقوب appellatus in camelo contorquetur II E loco extraxit dimovitque, In carminis genere quod البسيط dicitur, pedem مستفعلن ـــ ـــ ـــ ـــ ita mutavit, ut inde مفعولن ـــ ـــ ـــ fieret tam in priore quam in posteriore hemistichio III Offerens donum rogavit *maritum*, ut uxorem divortio

dimitteret *c. a. p.* (*conf.* خَلَعَ); *n. a.* مُخالعة Alea lusit *Djeuh.* IV Invenerunt perpetuo frondescentes arbores عصاه; Fronduit عصاه planta; Grana protulit *spica* (*quod fit ubi extulit aristas*). V Deditus fuit *potui c.* في *r.*; Disiunctus dispersusque fuit; Laxatione facta aliterve per se dissolutum fuit excidit que *vinculum manus pedisve. Gol. ex Mar.*; Divaricavit pedes *in incessu c.* في *r.* VI Divortium fecerunt, dissolutis matrimonii pactis *coniuges* (*conf.* خَلَعَ); Foedus inter se ruperunt. VII Extractus fuit; *inde dicitur* انخلع من ملكه; Distortum, laxatum fuit *membrum*; Extractus, eradicatus fuit. *Gol. ex Mar.* VIII Dimissa fuit *uxor* a marito, dum ipsa marito donum dederat (*conf.* خَلَعَ); Opibus spoliarunt *aliquem c. a. p.*

خَلْعٌ Carnes cum rebus aromaticis coctae in loculo ex cute facto, *aut* siccatae carnes, quae assantur et cum musculo suo in loculum ex cute factum inditae commeatui itineris inserviunt.

خَالِعٌ Divortium faciens (*tam de uxore quam de marito*); Foedere pactove iunctus; Distortio suffraginis عرقوب appellatae *in camelo*; Qui, si vir prominentiori coxae prope caudam parti insidet, propter tendinum debilitatem assilire non potest *camelus*; Plene maturus *de dactylis recentibus*; Quae maturuit *de dactylis immaturis iam adultis*. *Dicitur* بسر خالع *et* رطب خالع; Arida et caduca fragilisque *arbor*; *et contr* Perpetuo frondescens (*de arbore* عصاه *appellata*).

خُلَاعٌ Affectio epilepsiae similis.

خِلْعَةٌ Vestimentum, *tum* vestimentum quo a principe aliquis honoris causa donatur (*interdum cum hoc vestimento arma et equus conuncta sunt*); Melior pars opum.

خُلْعَةٌ (*nomen*) Divortium, quod fit desiderante uxore dum ipsa vel alius quis marito donum offert (*etsi haec res divortii nomen habeat, ex Alschafeii sententia re vera divortium non est*); Melior et selectior pars opum; *tum quoque* Vestimentum.

خَوْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Aleator fortuna semper adiutus ita ut caeteros vincat; *item* Solers viae dux; Improbus et multum peccans *iuvenis*; Fatuus.

خَيْلَعٌ Metus et terror sine causa animum occupans et velut a daemone immissus; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Indusium seu interula manicis carens.

خَلِيعٌ *Pl.* خُلَعَاءُ Relictus et abdicatus a suis (*iuvenis*); *tum* Improbus. خليع العذار Pro lubitu agens et nil curans; Venator; Lupus; Daemonis genus, quod غول vocant; Trita *vestis*; *et* Deterior in ludo *sors*; Aleator, qui pignore dato ludit; Lusor, qui omnia sua bona ludendo perdidit *Reisk.*; *F.* ٥ Vafer, scelestus.

خَلَاعَةٌ Vita dissoluta. *Inde dicitur* اهل الخلاعة Ii, qui vitam dissolutam agunt.

تَخْلِيعٌ Incessus eius, qui inter se distantes nates habet (المتخلّع الالتيتين). *Dicitur* يمشي التخليع; *tum* Mutatio pedis مستفعلن metri بسيط in utroque hemistichio, ut مفعولن fiat.

مُخَلَّعٌ Qui inter se distantes habet *nates*. *Ita* (ad metrum بسيط appellatum pertinens) mutatus *versus*, ut tam in priore, quam in posteriore hemistichio pes مستفعلن — — ◡ — factus sit معفولن — — —, *nominatur*; Debilis et mollis *vir*; Imbecillis animo, ut a daemone obsessus videatur.

مَخْلُوعٌ Repudiatus et relictus a suis *iuvenis*.

مُخْلَعِئٌّ Libidine venerea ardens (*mulier*).

خَلَعْلَعٌ Hyaena.

خَلَفَ *n. a.* خِلَافَةٌ *et* خِلْفَى Pone fuit; Successor alicuius fuit *c. a. p.* خَلَفَ عن اصحابه Reliquit socios suos, retromansit. خلف عن ابيه Patrem suum non assecutus est, par ei non fuit. خلف اباه Post patrem suum fuit *vel* vicarius patris sui fuit. خلف العاكهة بعضها بعضا Fructus unus alterum secutus est. خلفه في قومه Successit illi ut familiae seu populi caput. *Dicitur* خلف الله عليك *ut* خلف الله عليك خيرا *et* خلف الله عليك خيرا Deus tibi vicem impleat eius quem amisisti (*hoc vero loquendi modo utuntur in rebus, quarum iactura nulla alia re rependitur, ut patris mortui; in opibus autem caeterisque rebus utuntur verbis* خلف الله لك. *Sunt autem, qui dicant verba* خلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus posse adhiberi. Futurum licitum quidem esse* تَخْلُفُ, *quamvis raro adhibeatur*); 2) A tergo cepit *aliquem c. a. p.*; 3) Fugit; 4) In posteriore tentorii parte posuit fulcrum خالفة appellatum *c. a. tent.*; 5) *n. a.* خَلْفَةٌ Resarsit (*vestem*), parti detritae aliam substituens *c. a.*; *et* Restituit rem amissam. *Ita dicunt* خلف عليها Post mortem mariti eam in matrimonium duxit; 6) *n. a.* خَلْفٌ Hausit aquam *c. a.*; 7) *n. a.*

تَخْلِيف, خَلَاف Stupidus fuit; 8) *n. a.* خُلُوفَة, خُلُوف Pravum odorem emisit *os tetunantis*; Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac, cibus*); Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*), 9) Adscendit montem.

b) خَلَفَ 1) Declinavit in latus armo distortus (*camelus*), 2) Praegnans fuit (*camela*); 3) *n. a.* خَلَف Scaeva fuit, Luscus fuit. II *n. a.* تَخْلِيف Retro et post se reliquit *sarcinas c. a. r.*; Constrinxit filo unam (*camelae*) papillam, ne ex ea lac elici posset *c* ب; Creavit *aliquem* successorem suum *c a p* III *n. a.* خِلَاف, مُخَالَفَة Adversatus fuit, dissensit, contradixit, repugnavit, rebellavit *c. a. et c* على *p et* فى *r*, Accessit (*mulierem*) absente coniuge *c. a p* خَالَفَ فلانة الى موضع اخر Quandam coegit, ut absente coniuge locum mutaret خالفنى الى المكان Me absente ad locum istum ivit. *Calil p* 130 *ed de Sacy.* IV Resarsit *vestem*, parti detritae aliam substituens, instauravit, utque pro alia re esset, effecit *c. a r.*; Hausit aquam *alicui c* ل *p*, Pravum odorem emisit *os tetunantis*, Corruptum fuit, ut odor vel sapor eius mutaretur (*lac etc*), Vitio depravatus corruptusque fuit (*homo*) *Formula* اخلف الله لكن خيرا *et* اخلف الله عليكن خيرا Deus tibi vicem amissi impleat, *utuntur in rebus, quarum iactura rependi non potest, at formula* اخلف الله لكن *et* اخلف الله عليك *in opibus caeterisque rebus, quae rependi possunt conf* خَلَّف اخلف فلان لنفسه Quidam amissa re alteram in amissae locum sumsit. اخلف النبات Germina nova produxit planta Manum porrexit admovitque gladio ad stringendum, Cingulum a cameli praeputio retrorsum abduxit, ne ab eo laedi posset, aut inhiberi urina *c.* عن *cameli* (*non in camela adhibetur*), Promissis non stetit *c a r*, *et quoque c d a*, *ita dicitur* اخلفنى موعده, *et contr* Invenit *alicuius* promissa falsa *c a p*, *et dicitur* أَخْلَفَ موعد فلان *Citab Aladhdad. Dicitur* أَخْلَفَ النجوم *prop* Sidera promissis non steterunt, quum pluvia deficiente sterilis esset annus (*Hic loquendi modus ante Muhammedem erat usitatus*) Post se retrudit *aliquem c. a p*, Reddidit tibi Deus, quod perdidisti *c.* على *p*, Accepit plumas post primas plumas abiectas (*avis*), Tempori pubertatis appropinquavit (*puer*), Debilitavit *aliquem medicina c a p*; Iterum adduxit admissarium ad camelam, quum prima vice non conceperit, Hausit aquam *alicui c* ل *p* V Retro mansit *c* عن *p*, retro relictus fuit VI Adversati sunt invicem ac repugnaruut. VIII Diversus variusque fuit, non convenit, dissensit *c.* فى *r*, discordavit; Propter ventris fluxiones ultro citroque ivit *ad latrinam c.* الى *l*, Fuit vicarius, successor *alicui c a p*, Eminus observavit amicum suum et quum abiisset, ivit ad coniugem *eius c a p.* اختلفا الليل والنهار Nox et dies unus alterum sequitur, Intricatus fuit *Gol ex Mar* X Vicarium aut successorem creavit *aliquem c a p*, *et* ipse talis esse voluit, Successit, Hausit aquam *c.* ل *p Djeuh*

خَلْف 1) Pone خلس خَلْفَهُ Sedit pone eum من خَلْفِ A tergo, 2) Post (*de tempore*), *ut* لبث خلفه Cunctatus est quum is abiisset.

خَلْف Extremitas securis, eius caput *Inde dicitur* فاس ذات الخلفين Securis duplici capite praedita Is, in quo nullum bonum est, Omne id quod malum est tam in dictis quam in factis *Prov locut* سدد ألفا ونطق خَلْفا Mille verba non dixit, tum protulit pravum sermonem *Pl* خُلُوف Is qui e tribu praesens est, *et contra* Omnis qui e tribu abit, Securis magna, *vel* securis uno capite praedita, Caput cultri tonsori, Progenies *Plur* خُلُوف Costa brevissima in latere, Locus in quo continentur cameli (مربد), *vel* Locus pone domum, Tritus (*de utre coriaceo, cui lac inditur*), Quod pone est, pars posterior, *et* Post veniens, succedens *tempus tempori, populus populo Dicitur* هو خلف سوء من ابيه, *et* هو خلف سوء *et* هؤلاء خلف سوء *Pl* خُلُوف Posteri

خِلْف Diversus. *Duae res diversae appellantur* خِلْفَان *ut in his* له عَبْدَان خِلْفَان Fi sunt duo servi, quorum unus longus alter brevis, *vel* quorum unus niger alter albus est Rixosus, *nom* Haustus (*das Schöpfen*), Aestatis tempore crescens *herba. Pl* أَخْلَاف Costa parva ventri contigua; *item Pl* أَخْلَاف Papilla uberis camelini quam mulgens digitis tenet, *vel* uberis extremum *vel* uberis posterior pars, *vel* uber cameli (*ut voce* ضرع *in ove utuntur*) *Tum dicitur* ولدت الشاة خلفين ذات الخلفين Uno anno ovis peperit marem, altero feminam *Pl.* ذوات الخلفين Securis duobus capitibus praedita

خُلْف *nom Pl* أُخْلُوف Quod contrarium est repugnatque promissis (*respondet hoc in rebus futuris voci* كذب *in praeteritis*), *tum* Discordia

خَلَف Qui post venit, successor; *sic dicunt* هو خلف صدق من ابيه Successor verus est patris, eiusque tenet locum, Egregius, probus filius (*vocali distinguitur haec vox a*

خَلْف pravus filius; *sed interdum unum loco alterius adhibent*; *sunt tamen*, *qui utrumque idem significare contendant.*) *Dicitur* بقى منه خلف. *Tum* Quod loco alicuius rei datur; *inde dicitur* اعطاك الله خلفا عن تلف.

خَلِف *Coll. nom. unit. c.* 8 Praegnantes *de camelis.*

خَالِف Stultus; Vinum dactylorum corruptum; Is, qui pone aliquem sedet, *ita in his Corani verbis* قاعدوا مع الخالفين; Postica seu posterior pars *Gol. ex Mar.* خالف اهل بيته Postremus domesticorum aut familiae, *i. e.* in quo nihil est boni; Qui haurit aquam; Contrarietas, dissensio.

خِلَاف Contrarium من غير خلاف Sine controversia. من خلاف Ex diversis et contrariis lateribus. *Cor. Sur. V*, 37. *VII*, 121. خِلَافَكُم Post eos. *Diw. Huds.* على خلاف ما عهد Ei contrarium quod fieri solebat. خِلَاف Contra promissum, repugnanter *c. genit*; Manica tunicae (كمم); Salix arbor (*vitium erit*, *si* خِلَاف *enuncias*).

خَلْفَة Defectus appetitus propter morbum

خِلْفَة Contrarietas, dissensio (*in natura hominis*); Quod ferae modo a facie modo a tergo veniunt; Diversus, discordans; Panniculus, quo resarcitur; Lora pone equitem appensa in iumento, quorum ope res alligantur, Quos emittit arbor initio frigoris flores, *vel* Fructus arboris prodientes post fructus, *vel* Folia sub foliis nascentia; Uvae, quas vitis fert, postquam uvae maturae resectae sunt (*maturis enim resectis illae, quae iam virides remanserant, ad maturitatem pervenerunt*), *et* eiusmodi fructus omnis, *vel* quod denuo vitis omphaces profert, Quod unus alteri opem fert et absentis partes agit, Iumenta colore aut forma diversa; Cibi inter dentes remanentis partes; Recidivus morbus; Tempus post tempus; Planta, quae progerminat post plantam, *vel* quae non ob pluviam sed ob frigus posterioris partis noctis progerminat. *Singul. et Pl Masc. et fem. Dual.* خِلْفَانِ (*Plural quoque est* أَخْلَاف) Diversus. *Dicitur* له ولدان خلفان Illi sunt duo filii, quorum unus longus alter brevis, vel unus niger, alter albus est; *eodem modo quoque dicitur* له امان خلفان; Duo colores comuncti *appellantur* خلفان. خلفة الابل Quod vespere aquatum camelos ducis, quum homines abierint. أَخَذْتُهُ خِلْفَةً Multum ultro citroque ivit ad latrinam; *item* Res post aliam consequens, *aut* diversitas, *ut in his Corani* جعل الليل والنهار خِلْفَةً (*sed dubitatur*, *num vox* خلفة *nomen an nomen actionis sit*); Diversa gens sive sit externa forma et habitu sive consilio; Dissensio. *Dicitur* بينهم خلفة. Diversi generis turba: partim mares partim feminae. يسبن خِلْفَةً Hae veniunt, abeunt illae. Seges ex seminibus ut tritici hordeique progerminans; Alvi fluxus, quo varii excernuntur humores. *Razi p.* 180; Praegnans camela. *Gol. ex Meid.*. *de pluribus interpretatur Mar.*; Haustus (*das Schopfen*). من اين خلفك Unde hauritis aquam?

خَلِفَة *Fem. sc.* Contrarium facientes, repugnantes, adversantes, post alios venientes et consequentes. *Gol.*

خُلْفَة Dissensio, adversatio (*sed usitatius est* خِلْفَة); Vitium; Stupiditas; Desipientia. *Dicitur* به خلفة من اليوم. *Pl.* خُلَف Sapor, qui post cibum sumtum remanet. *Dicitur* اكلت الطعام وبقيت خلفة منه في فمي.

خُلُوف (*nempe Pl. a.* خَلْف *quod vide*). حي خلوف Arabes absentes a sua mansione, qui inde abierunt ut nullus supersit, *ut in hoc versu a Djeuhario citato* اصبح البيت بيت ال يمان معسرا والحي حي خلوف; *et contr.* Praesentes postquam abfuerunt retrove manserunt. *Djeuh.*

خَلِف *Pl.* خَلَف, خُلُف Sagitta multum acuta; In medio fissa, cuius extremitates duae iunguntur *vestis*; Camela secundo die postquam enixa est. *Dicitur* ركبها يوم خلفها Lac, quod post colostrum mulctum; *et* Contortus, convolutus; Via inter duos montes, *vel* vallis inter duos montes; *inde dicitur* ذِيبُ الخليف (*ut dicitur* ذئب عصا) *quia in tali via lupus vehementior et rapacior est*, *tum* Angustus in tali via locus, per quem aqua cum vehementia fluit, Omnis via per montes; *tum general.* Via *Kam*; Via pone montem, vel pone vallem. *Diw. Huds*; Mulier, quae deorsum demittit comam suam خلفا الباقة Partes axillis inferiores in camela (*Djeuhari*us, *qui Abu – Ohbaidam secutus* ipsas axillas *hanc vocem significare dixit*, *a Kamusi auctore vituperatur*); Magna res.

خَالِفَة Multum contrarius, dissentiens *vir*; Contrarietas, dissensio; (*cum* 8 *augmenti*) Postremus suorum, in quo nihil est boni. هو خَالِفَةُ أَهْلِ بَيْتِهِ Ille non praestans

est; Malus, perversus. *Gol ex Mar.*; Stultus; Populus restans post populum antecedentem; Contrarietas ما ادرى اىّ خَالِفَةٍ هو Nescio quis homo sit (*est declinabilis vox et indeclinabilis*); *et ut Fem.* Multum immorigera (*mulier*) *Gol. ex Mar.*; *item* Fulcrum tentorii, sive rotundi, sive oblongi in postrema eius parte.

خَلَافَةٌ Stupiditas, desipientia.

خِلَافَةٌ Vicariatus, successio; Imperium, eiusve dignitas et administratio.

خِلْفَةٌ *gen. comm. et Sing. et Plur* Multum contrarius, dissentiens (*vir*), Vehemens contrarietas, dissensio. *Dicitur* فى خلفه خلفة

خَوَالِفُ (*Pl. vocis* خَالِفَةٌ) Mulieres, *ut in his Corani verbis* رضوا بان يكونوا مع الخوالف, *tum* Terrae quae post caeteras omnes herbas producunt. ما ادرى اىّ الخَوَالِفِ هو Nescio, quis homo sit

خَلِيفَةٌ (*Haec vox ex voce* خليف *orta, cui littera* ة, *ut significationis vis augeatur, addita est, et hanc ob causam pluralem* خُلَفَاءُ *formant et dicunt* ثَلَثَةُ خلفاء, *non* ثلث خلفاء, *sed qui a voce* خليفة, *litterae* ة *rationem habentes, formant pluralem* خَلَائِفُ, *dicunt duplici modo aut* ثلثة خلائف *ut masculini, aut* ثلث خلائف *ut feminini*) Successor, vicarius كان الله خليفة والدك Sit Deus pro patre tuo *consolationis formula*, *tum* Imperator, rex magnus, *vulgo* Chalifa *Mortuo enim Mohammede eius successor Abu-Becrus nomen* خليفة رسول الله *accepit Ohmarum regnantem primo appellarunt* خليفة خليفة رسول الله Successor successoris legati Dei *Sed quum viderent, hoc nomen fore in posterum nimis longum, quia semper denuo addenda esset vox* خليفة, *hoc nomine abiecto sequentes imperatores nomine* امير المومنين Princeps fidelium *appellabant. Nihilominus tamen nomen* خليفة *regi magno dabant*

خِلْفَتَاةٌ *gen comm Sing et Plur* Multum dissentiens, contrarius *vir*, Vehemens contrarietas, dissensio *Dicitur* فى خلفه خلفتاه.

خِلِّيفَةٌ Multum contrarius, dissentiens (*vir*)

خِلِّيفَى *n a.* Vicarium esse.

خَلْفَانِىٌّ Retrorsum incedens *Gen IX*, 27

الخِلَافَات Res, de quibus a viris doctis contrariae feruntur sententiae. *conf Viri ill de Sacy anthol gramm. p* 473

أَخْلَفُ Declinans in latus ob humeri distorsionem (*camelus*), Scaeva, Luscus, Pauca prudentia praeditus, Fatuus, Fluxus aquae, Serpens mas; *item* Magis forma diversus a patre et matre; *et* Magis fallax.

اِخْتِلَاف Diversitas, *nempe* اختلاف الدارين Diversitas domiciliorum. *Est una ex quatuor causis cur unus alterius haeres esse non possit Quomodo res se habeat, vid in libro* الشريفية فى شرح السراجية *p* 17

مَخْلَفٌ Viae apud Minam, in quibus homines transeunt

مُخْلِفٌ *comm gen* Qui octavum vel nonum annum, quo tempore نازل appellatur, transgressus est (camelus) *Tum quoque* مخلفة *de* camela hanc aetatem transgressa *adhibent*, *aut* ea est, quae praegnans esse videbatur, tum spem fefellit *Inde dicitur* مخلف عام, مخلف عامَيْن Camelus, qui uno, duobus, *et* مخلف ثلثة اعوام qui annis tribus a decennio abest, *item* مخلف Irrigans, *vel contr* non pluens (*nubes*) مخلف مثلف Strenuus et liberalis (*nisi sit potius* مُخْلَف مِثْلَف *enunciandum*).

مِخْلَافٌ Multum contrarius suis promissis *vir* *Pl* مَخَالِيفُ *Arabiae felicis idiomate* Regio, seu pagus, in quales Arabiae illa pars erat distributa (*uti* رُسْتَاقٌ *regio in quales Persia dividitur*) *conf Johannsen hist Jemanae p* 34 *sqq* مخلاف مثلاف Strenuus, liberalis

مَخْلُوف Cuius medium detritum et abiectum est *vestis*, ut eius extremae partes consuerentur *Diw Huds*

مُخْتَلِفٌ Diversus, varius

مَخْلَفَة Locus ubi commoratur *gens Diw Huds* Locus, quo salices sunt, Diversorium, *inde* مخلفة منى Diversorium Minae *i e* Locus, ubi homines apud Minam divertuntur, Via

مُخَالَفَة Quod aliquis usus est forma, quae a regulis usitatis abhorret *ex gr* الاحلل *pro* الاجلّ

مُسْتَخْلِفٌ Aquarius, pocillator.

خُلْفُقٌ *gen comm*, *tum quoque fem* خُلْفُقَة Stupidus

أُمُّ الخُلْفُقِ *et* أُمُّ الخُلْفُقِ Infortunium *vel* Infortunium maximum

خَلَقَ F. o. n. a. خَلْق 1) Quantitate sua *rem* et mensura definivit *c. a. r.*; *tum* 2) *n. a.* خَلْقَة, خَلْق Demetitus est et consuit *stratum*, *corium c. a. r.*; *vel* Demetitus est et definivit antequam in partes dissecaretur illud (*quum vero dissecuit*, *dicitur* قرأه), *ut in hoc Soheiri versu* ولانت تفرى ما خلقت وبعض القوم يخلق ثم لا يفرى; 3) Laevigavit, aequabilem reddidit *lignum c. a. r.*, *inde* 4) Procreavit *rem c. a. r.*; 5) Finxit, excogitavit *mendacium c. a. r.*, 6) Disposuit, ordinavit *sermonem c. a. r.*; 7) Falso attribuit *carmen alicui*, qui eius auctor non erat. *Gol. ex Mar.*; 8) Trita fuit *vestis*. b) خَلِقَ 1) Aequabile et laeve fuit *lignum*; 2) *n a.* خَلَق Trita fuit *vestis*. c) خَلُقَ 1) Aequabile, laeve fuit *lignum*; 2) Aptus, conveniens fuit; 3) *n. a* خَلَاقَة Pulchra indole praedita fuit *mulier*; 4) *n. a.* خُلُوقَة Trita fuit *vestis*. II *n. a.* تَخْلِيق Aequabilem laevemque effecit, laevigavit *lignum*; Bene efformavit, creavit *c. a. r*; Imbuit odoramento quod خلوق dicitur *c. a. p.* III Bonam naturam indolemve *erga alium* commonstravit *c. a. p.* IV Trita fuit *vestis*; *et Trans.* Trivit *eam c a. r.*; Laevem reddidit, *ut* اخلقت وجهك quod petenti, roganti dicitur *et* اخلق له دباحتى; *item* Induit trita veste *aliquem c. a. p.* V Finxit, excogitavit (*mendacium*) *c. a. r.*; Assumsit aut prae se tulit *naturam indolemve alterius c* ب. *dicitur* تخلق بغير خلقه; Odoramento خلوق appellato imbutus fuit. VIII Conveniens, aptus fuit *c.* ب; Finxit et excogitavit *mendacium c. a.*; Bene commenso corpore, et plene perfecteque formatus, creatusve fuit *Gol. ex Mar*; Efformatus *ad alienos mores* fuit *c.* ب. *Gol. ex Hist. Sar.* XII اِخْلَوْلَقَ Aequabilis, laevis fuit; Trita fuit *vestis*; Aequabilis fuit *nubes*, et apta ad pluviam effundendam, Solo aequale, ut nullum amplius vestigium exstans remaneret, fuit *habitaculi signum*; Glabri et laeves fuerunt *lumbi in equo*.

خَلْق *propr nom. act. Coll* Res creatae, creaturae, *pecul.* homines, populus; Laevitas ut in petra ruptura, fissura non sit

خِلْق Forma a natura indita.

خُلْق Quod natura insitum est, natura, indoles, *inprimis* praestantior; *tum* Fortitudo, Religio. نومة الخلق Somnus meridiei tempore.

خَلْق *comm. gen. Pl.* خُلْقَان Trita (*vestis*); *metaph.* Senectus; Homines.

خَلِق Creans, efformans, parans. *Gol. ex Mar.*; Qui bonae est indolis. *Gol. ex Meid.*; In qua sunt pluviae vestigia (*nubes*).

خُلُق Natura, indoles.

خَالِق Qui coria et his similia parat; Creator, *cum artic nomen Dei.*

خَلَاق Portio plena boni et felicitatis.

خِلَاق Nomen odoramenti Arabibus peculiaris, in quo multum croci est, ut flavum colorem habeat.

خُلَاق *F.* ة Laevis. *Diw. Huds.*

خُلَّق Cui unus tantum est meatus, ut coitum admittere non posset *mulier*

خِلْقَة *Pl.* خِلَق Forma exterior a natura indita, *inde dicitur* كريم الخلقة.

خُلْقَة Glabritas, laevitas.

خَلْقَة Nubes cuius partes aequales sunt et quae pluviam portendit.

خَلُوق Nomen odoramenti, Arabibus peculiaris, in quo multum croci est, ut flavum colorem habeat.

خَلِيق *Pl* خُلَقَاء *et* خُلُق Aptus, idoneus, conveniens, dignus *c.* ل *r.*; In qua sunt signa pluviae (*nubes*).

خُلْق *comm gen.* Parum attritus *pannus*. *Dicitur* ملحفة خلق.

خَلَّاق Bene creans formansve.

خَلَاقَة (*et quoque nomen*) Glabritas, laevitas. *Dicitur* به خلاقة.

خُلَافَة *Pl.* خُلَافَات Lapillus laevis.

خُلُوقَة (*et quoque nomen*) Glabritas, laevitas. *Dicitur* به خلوقة.

خَوَالِق *Pl.* Montes glabri. *In hoc Lebidi versu*

والارض تحتهم مهادا راسيا

ببنت خوالقها بصم الجندل

خَلِيقَة *Pl.* خَلَائِق Natura, indoles: et quicquid a natura indutum, Creata res, creatura; Homines, *et* Bruta; *et*

quoque Creator. *Gol. ex Gl.-Mar.*; Puteus tempore quo effoditur.

خُلَيْقَاء Interior pars *speluncae*; Aequabilis pars *frontis vel est* Extremitas inferior prominensque nasi equini, *quae in homine* مرنس *dicitur*.

أَخْلَق *Fem.* خَلْقَاء Laevis et aequabilis *petra* Glabra et mollis arena, glarea, *et inde* Pauper; Magis aptus, idoneus (*a* خلس *comparativ*); Fissurae omnis expers *ungula cameli*, *petra*, *Fem* Quam inire non potest vir quum unus tantum ei meatus sit (*mulier*), *tum* خَلْقَاء Latus *in camelo aliusque*, *et dicitur* ضرب على خلقاء حنبه; *tum* Interior pars *speluncae*, Aequabilis pars *frontis*

أَخْلَاق Quae omnino est trita *Dicitur* دوب أخلاق. (*Proprie est pluralis*)

مُخْلَق Trita vestis *Gol ex Mar*

مُخْلَق *F* 8 Aequabilis et laevigata *sagitta* (مدلج); Bene pleneque formatus.

مُخْتَلِق Bene formatus et aequabili corpore praeditus; Factus aptusque *ad aliquid c.* ل *conf Hamas p* 561.

مُخْلَقَة Res apta, conveniens *ad aliquid c* ل *Dicitur* هو مخلقة لذلك.

مَخْلُوق *Fem* 8 Creatus, Falso attributum *alicui carmen* المخلوقات Res creatae

مُخَلْوِق Multum glaber

حَلْقِين *Pl* خَلَاقِين *Graec* χαλκεῖον Ahenum. *Locm fab. V. Pocock not. misc. p.* 406.

حَلَمَ *n a* تَحْلِيم Elegit, selegit *c a.* III Amicitiam iniit, eaque coniunctus fuit *c a p* VIII Elegit *rem c. a. r.*

حِلْم *Pl.* حُلَمَاء *et* أَحْلَام Amicus, socius; Latibulum dorcadis, *aut* locus ubi decumbit; Os; Adeps operiens intestina ovis.

خَالِم Aequalis, ita ut pars una aliam non excedat.

إِبِلٌ حِلْمَة Libere et abunde pascentes (*cameli*)

